Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# De consideratione

https://hdl.handle.net/1874/284664

C. A. 266
k. 279

Liber primꝰ beati bernardi abbatis de
cōsideracione ad eugeniū papā

SVbit animū dictare aliq̄d
q̄d te papa btissime eugeni
vel edificet. uel delectet. ul'
cōsoletur. Sed nescio quomō
vult et nō vult exire leta q̄
dem sed lenta orō. dū certatī illi cōtraria ī
perare contendūt maiestas atq3 amor. Ne
pe urget ille. inhibet illa. Sed interuenit
dignatio tua qua hoc ipsum nō p̄cipis
sed petis. cū p̄cipere magis te deceat. Ma
iestate igitur tam dignanť cedente. q̄d
ni cedat pudor? Quid eni si cathedrā ascē
disti? Nec si ābulares sup̄ pēnas ventoꝝ sub
duceris affectui. Amor dn̄m nescit. agno
scit filiū et in infulis. Per se satis sbiectꝰ
ē. obseqtur spōte. gratis obtēperat. libē re
ueretur. Nō sic aliq̄ nō sic. sed aut timore ad
ista īpelluntur aut cupiditate. Hi sunt q̄ ī facie
bn̄dicunt. mala aūt ī cordibz eoꝝ. Blādiun
tur corā. ī necessitate deficiunt. At nūq3 cari
tas excidit. Ego ut veꝝ fatear matris sū li
beratꝰ officio. sed nō dep̄datꝰ affectu. Oli
m̄ īuisceratꝰ es. nō tā facile erueris. Ascē

N.
40. B.

de ĩ celos. descēde ĩ abyſſos. nō recedes a me.
ſeq̄r te quocūq; ieris. Amaui pauperē. amabo
paupm ⁊ diuitū prēm. Nō eni ſi bn̄ te noui.
q̄ pater paupū fact⁹. ideo nō paup ſpū es. In
te hāc mutatōe; factā ēē cōfido nō de te. nec poſt
ſtatu tuo ſucceſſiſſe pmotōe; ſʒ acceſſiſſe. Mo
nebo pīn te. nō ut mgr̄ ſʒ ut mr̄. plane ut amās
Amēs mag⁹ uideat ſʒ ei q̄ nō amat. ei q̄ vī nō ſētit
amoīs. Vn̄ iā g⁹ incipiā. Libʒ ab occupatoibʒ
tuis. q̄ ĩ his maxīe cōdoleo t̄ cōdoleo dixerī.
ſi tn̄ dolēs ⁊ tu. Alioqn̄ doleo mag⁹ dixiſſe debue
rā. q̄ nō ē cōdolē. ubi nēo q̄ doleat. Itaq; ſi doles
cōdoleo. Si nō. doleo tn̄ te maxīe. ſciēs a ſalute lō
gi⁹ abſiſtē mēbrū qd̄ obſtupuit. ⁊ egrū ſe ſe nō
ſētientē pīculoſi⁹ laborare. Abſit aūt ut de te co
ſuſpicer. Noui qbʒ deliciis dulc⁹ q̄eti⁹ tue nō lō
ge an̄ fruebaris nō potes diſſuauiſſe tā cito. ita ſb̄
ito nō dolē nup ſbtractas. Plaga r̄cēs dolorē nō
caret. Neq; ēm iā occalluit uuln⁹. nec ĩ tā br̄ui ĩſū
ĩ iſēſibile ē. Quāq; ſi nō diſſimules. nō dē ē tibi
iugis mīa iuſta doloīs a cotidianis iactuis. Inuit⁹
ni fallor auellēis a tue rachel aplexibʒ. ⁊ q̄ties
id pati cōtigerit. toties dolor tu⁹ r̄nouetur neceſſe ē
At qn̄ nō cōtigerit? Quoties ius ⁊ ĩ caſſū. quo

tiens moues nec promoues. quotiens cona-
ris ⁊ nō datur ultra. eniteris et nō par-
turis. te temptas ⁊ abrūperis. et ubi ī-
cipis ibi deficis. et dum adhuc ordiris
ſuccidunt te. Venerūt filij usqꝫ ad partū
ait propheta. ⁊ vires nō habet parturiēs
Noſti hoc? Nemo te melius. Attende fili. ⁊c

frōtis et es iſtar vitule effraym doctꝰ diligere tri
turā: ſi pace tua ſic ſe tue res hñt Abſit Hec eſt ps
illius qui datus eſt in reprobū ſenſū Ab hijs ſane
cupio tibi pacem: nō cū hijs Nihil plus metuo tibi
pace iſta Miraris ſi vnq̄ poſſit accidere? Etiā di
co tibi: ſi res vt aſſolet per cōſuetudinē in incuriā
venerit Noli nimis credere affectui tuo qui nūc eſt.
Nil tā fixū aio: quod neglectu et tempore nō obſo-
leſcat Vulneri vetuſto et neglecto callus obducitur.
et eo inſanabile quo inſenſibile fit Deniq; dolor cō
tinuus et acerbus diuturnꝰ eē non patitur Nam
ſi aliūde nō extūditur: neceē eſt cedat ꝑ ſibi Enimuero
cito aut de remedio cōſolatiōez recipiet: aut de aſſi
duitate ſtuporem Quid nō inuertat conſuetudo?
Quid nō aſſiduitate duretur? Quid nō vſui cedat?
Quantis qui pre amaritudīe priꝰ exhorrebāt vſu
ipſo male in dulce cōuerſum eſt Audi iuſtū quid la
mentetur ſuper huiuſmoī Que priꝰ nolebat tāge-
re anima mea: nūc pre anguſtia cibi mei ſunt Pri
mū tibi importabile videbitur aliquid: proceſſu tpis
ſi aſſueſcas iudicabis nō adeo graue: paulopoſt et
leue ſenties: paulo poſt nec ſenties: paulo poſt
etiā delectabit. Ita paulatim in cordis duriciam
itur: et ex illa in auerſionem. Sic grauis et conti
nuꝰ dolor: citum vt dixi habiturus eſt exitum: aut
ſanitatem profecto aut inſenſibilitatē. Hinc pror-
ſus hinc tibi timui ſemper et timeo: ne dilato
remedio dolorem non ſuſtinens periculo te

te irreuocabiliter deſperatus immergas . Vereor
inꝙ ne in medijs occupationibꝰ quoniā multe ſt .
dum diffidis frontem dures: et ita ſenſim teipm̄ q̊-
dāmodo ſenſu priues iuſti vtilis ꝗ doloris . Mul
to prudentius te illis ſubtrahas vel ad tempus :
ꝙ patiare trahi ab ipſis . et certe paulatim duci q̊
tu non vis Queris quo? Ad cor durū. Ne pergas
querere quid illud ſit: ſi non expauiſti tuū eſt hoc : ſo-
lum eſt cor durum quod ſemetipſum non exhorret
quia nec ſentit. Quid me interrogas? Interroga
pharaonem Nemo duri cordis. ſalutem vnꝙ adep
tus eſt: niſi forte quem miſeratꝰ deus abſtulit ab
eo iuxta prophetā lapideū cor . et dedit cor carneū
Quid ergo cor durū Ipm̄ eſt quod nec compuncti-
one ſcinditur. nec pietate mollitur. nec mouetur pre
cibus : minis non cedit: flagellis duratur. Ingra
tum ad beneficia eſt: ad conſilia infidum. ad iudi-
cia ſeuū. inuerecundum ad turpia impauidū ad peri
cula. inhumanū ad humana. temerariū in diuina :
preteritorū obliuiſcens. preſentiū negligens. futūa
non preuidens . Ipſum eſt cui preteritoꝝ preter ſo
las iniurias nihil oīno non preterit: pn̄tiū nihil nō
perit: futuroꝝ nulla. niſi forte ad vlciſcendum pro-
ſpectio ſeu preparatio eſt Et vt in breui cūcta hor-
ribilꝭ mali mala cōplectar: ipm̄ ē quod nec deū timꝫ
nec hoīez reueret². En q̊ trahere te hn̄t occupacōes
hee maledcē: ſi tū pgis vt cepiſti dare ita te totū il-
lis . nil tui tibi relinquens Perdis tempꝰ . ⁊ ſi licet

labore conſumeris . que nō ſūt niſi afflictio ſpūs
euiſceratio mētis : euacuatio grē Nā fcūs hoꝝ q̄d
niſi araneaꝝ tele ? Queſo te quale eſt iſtd̄ de mane
vſqꝫ ad veſperā litigare. aut litigātes audire ? Et
vtinā ſufficeret diei malicia ſua . nō ſūt libere noc
tes Vix relinquitur necciti natūe qd̄ corpuſculi pauſa
tioni ſufficiat: et rurſum ad iurgia ſurgitur Dies
diei eructat lites et nox nocti indicat maliciā: vſqꝫ
adeo nō eſt reſpirare in bonis . nō eſt alternā ca-
peſcere requiē. nō vł rara interſeri ocia. nō ambigo
te q̄ꝫ iſta deplorare. at fruſtra id ſi nō ⁊ emendare
ſtudueris Interī vꝫ te ſemꝑ facias hortor. nec te
vnq̄ ad iſta duraueris quolibꝫ vſu vł aſſiduitate .
Percuſſi eos ⁊ nō doluerūt ait dn̄s. nihil tibi ⁊ illꝫ
Iuſti poti⁹ tibi aptare curato et affectioēꝫ et vocē
qui ait Que ē ei fortitudo mea vt ſuſtineā . aut q̄s
finis me⁹ vt paciēter agā : nec fortitudo lapidum
fortitudo mea. nec caro mea enea eſt Magā vi⁹ pa
cientie. ſed nō hāc tibi ad iſta optaueri Interdum
īpaciētem eē ꝓbabili⁹ Tu ne apꝓbes illoꝝ paciaꝫ
quibus paulus dicebat Libenter ſuffertis inſipien
tes cum ſitis ipſi ſapientes ? Ni fallor hyronia erat
et non laus . ſed ſuggillatio quorundam manſue-
tudinis . qui quaſi datis manibus pſeudo apoſto
lis a quibus et ſubducti erant . ad queqꝫ ipſo-
rum peregrina et praua documenta trahi ſe paci-
entiſſime ferrent Unde et ſubdēs . ſuſtinetis enim
inquit ſi quis in ſeruitutem redigit Nō bona pacia

tum poſſis eſſe liber et ſeruū te permittere fieri No
lo diſſimules ſeruitutem: in quā certe īdies dū ne-
ſcis redigeris Hebetati cordis indiciū eſt ꝓpā nō
ſentire cōtinuā vexationē Vexatio dat intellcm̄ au
ditui ait quidā Vexꝫ eſt ſi nimia nō fuerit Nā ſi ſic.
nō plane intellectū dat ſꝫ cōtemptū Deniqꝫ ipius
cū venerit in profundū maloꝝ cōtemnit Expergiſ
c:re ergo: et peſſime ſeruitutis iugū iam iamqꝫ imi
nens ymmo iam nō modice premens. nō tm̄ caue
ſed horre Au ideo nō ſeruus: qꝛ nō vni ſeruis ſed
oīb9: Nulla turpior ſeruitus grauior ve qꝫ iudeo-
rū: quā quocūqꝫ ierint poſt ſe trahūt. et vbiqꝫ do
minos inueniūt ſuos Tu quoqꝫ dic queſo vbi vnqꝫ
ſis liber. vbi tutus vbi tuus: Vbiqꝫ ſtrepitus vbi
qꝫ tumultus. vbi iugum tue ſeruitutis te premit.
Nec michi tamē nunc reponas apoſtoli vocem q̄ a
it. Cum liber eſſem ex omnibus: omniū me ſer-
uū feci. Longe eſt iſtud a te Nunqꝫ hac ille ſeruitu
te hominbus inſeruiebat in acquiſitione turpis
queſtus: Numquid ad eum de toto orbe cōfluebāt
ambicioſi. auari. ſymoniaci. ſacrilegi. concubina-
rij. inceſtuoſi. et quecūqꝫ iſtiuſmodi monſtra ho
minū: vt ipſius apoſtolica autoritate vel optine-
rent honores eccleſiaſticos vel retinerent Ergo ſe
ſeruum fecit homo cui viuere xpiſtus erat. et mo-
ri lucrum vt plūes lucrifaceret xpiſto. nō vt lucra
augeret auaricie. Non eſt igitur quod de ſolertiſſi
ma pauli induſtria et caritate tā libera qꝫ liberali

ſeruili conuerſationi tue pꝛócinīū ſumas Qm̄ tuo
digniꝰ apłatu ꝙ̄ ſalubꝛius tue conſcientie. ꝙ̄ fruc
tuoſiꝰ eccleſie dei audias potiꝰ ip̄m dicentē Precio
empti eſtis : nolite effici ſerui hominū Quid ſerui
lius indignius ꝙꝫ preſertim ſummo pōtifici : ꝙ̄ non
dico oī die ſed pene oī hoꝛa inſudare talibꝰ rebꝰ et
pꝛo talibꝰ ? Deinde qn̄ oꝛamꝰ ? Qn̄ docemus po
pulos ? Qn̄ edificamus eccīaꝫ ? Qn̄ meditamur
in lege ? Et quidem quotidie perſtrepūt in palatio
leges : ſꝫ iuſtiniani non dn̄i Juſte ne et iſtud tu vi
deris Nam certe lex dn̄i immaculata. cōuertens a
nimas : hec aūt non tam leges ꝙ̄ lites ſunt et cauil
lationes ſubuertentes iudiciū . Tu ergo paſtoꝛ et
ep̄s animaꝝ qua mēte obſecro ſuſtines coꝛā te ſꝑ
ſilere illā garrire iſtas ? Falloꝛ ſi nō mouet tibi ſcru
pulū peruerſitas hec Puto qđ et interdū compel
lat clamare ad dominū cum ꝓphā Narrauerūt m̄
iniqui fabulationes ſed nō vt lex tua Ergo et te au
des liberū pꝛofiteri ſub tam graui mole incouenien
tie huiꝰ : et cui phas nō ſit ſeruitē ſubducere ? Nā
ſi potes et non vis : multomagis ſeruus huiꝰ ipſi
us tā ꝑuerſe volūtatis tue An nō ſeruus cui dn̄atꝛ
īiquitas ? Et maxie : niſi tu foꝛte īdigniꝰ iudices ho
minē tibi ꝙ̄ viciū dn̄ari Quid iterē volēs ſeruias
an īuitꝰ Nā ⁊ ſi coacta ſeruitꝰ miſerabilioꝛ : ſꝫ affec
tata miſerioꝛ ē Et qđ me vis facere iq̄s ? Vt tibi
ab hijs occupacōibꝰ ꝑcas Impoſſibile foꝛtaſſe rn̄
debis : faciliꝰ cathedꝛe valedicere Recte poſſe hoc ſi

rūpere: et nō magis interrūpere iſta hortaret. Audi ergo quid redarguā: quid ſuadeā Si qd viuis et ſapis. totū das actioni. conſiderationi nihil: laudo te. in hoc nō laudo Puto quod et nemo q̄ a ſalomone audierit: qui minoratur actu pcipiet ſapientiā Certe nec ipſi actioī expedit cōſideratione nō pueniri Si itē tot9 eē vis oim iſtar illi9 q̄ oib9 oia factus eſt: laudo huānitatē. ſz ſi plena ſit Quomō āt plena te excluſa? Et tu homo es. Ergo vt integra ſit et plena humanitas: colligat et te intra ſe ſinus q̄ oēs recipit Alioquin qd tibi prodeſt iuxta verbū dn̄i ſi vniuerſos lucreris: te vnū pdens? Quāobrem cū oēs te hēant: eſto etiā tu ex hūtibus vnus Quid ſol9 fraudaris munere tui? Vſq; q̊ vadens ſpūs et nō rediens? Vſq;quo nō r̄cipis te et ipſe inter alios vice tua? Sapiētib9 et inſipientib9 debitor es. et ſoli negas te tibi? Stult9 ⁊ ſapiens. ſeruus et liber. diues et paup. vir et feia ſenex et iuueīs. cleric9 et laicus. iuſt9 et impi9 oēs pariter pticipāt te. oēs de fonte publico bibūt pectore tuo: et tu ſeorſum ſitiēs ſtabis? Si maledcs qui ptem ſuā facit deteriorem: quid ille qui ſe peīt9 reddit expartē? Sane diriuētur aque tue in plateas: hoīes et iumenta et pecora bibant ex eis: quin et camelis ⁊ pueris abrahe potū tribuas Sz inter ceteros bibe tu de fonte putei tui Alien9 inquit nō bibat ex eo Nūquid tu alien9? Cui nō alienus: ſi tibi es? Deniq; qui ſibi neq̄. cui bonus? Memē

5

to proinde nō dico ſemꝑ non dico ſepe: ſed vel inter
dū reddere teipm̄ tibi Utere tu quoqꝫ te inter mul
tos: aut certe poſt mltos Quid indulgēti9 ? Hoc
ei dico ſcdm̄ indulgentiā: non ſcdm̄ iudiciū. Puto
ex ipſo apl'o indulgentiorē me in hac pte Ergo pl9
ꝙ oporteat iniqs Nō inficior ? Quid ſi ita opꝫ Nā
tu vt confido noſtra non eris meticuloſa informa-
tioē cōtent9: ſꝫ abūdabis magis Sane ſic decꝫ: te
ſcꝫ abūdantiorē ꝙ me audaciorē eſſe Ego qꝫ mihi
tuci9 iudico apd̄ maieſtatē timiditate ꝙ temerita
te periclitari. Et fortaſſis nō ſecus moueri oportu
it ſapiētem: vt ſit quod ſcriptū eſt Da occaſionē
ſapienti: et ſapientior erit Audi tn̄ apoſtolū quid
de huiuſmoi ſentiat Sic nō eſt ſapiens inter vos
ait ille qui iudicet inter fratrem et frēꝫ ? Et infert
Ad ignominiā vobis dico. Contemptibiliores qui
ſunt in eccia: illos cōſtituite ad iudicādū Itaqꝫ ſe-
cundū apl'm indigne tibi vſurpas tu aplic9 offici
um vile. gradū cōtemptibiliū Vn̄ et dicebat epus
epm inſtruens Nemo militās deo. implicat ſe ne-
gotiis ſecularib9 Ego āt parco tibi Nō eni fortia
loquor: ſed poſſibilia Putas ne ſi tps ſuſtinerent
ſi hoib9 litigātibus pro terrena hereditate ꝛ flagitā
tibus abs te iudiciū voce dn̄i tui reſponderes. o
hoies qd me cōſtituitis iudicem ſup vos ? In q̄le
mox iudiciū tu venieres ? Quid dicit hō ruſtican9
et imperit9 ignorans primatū ſuum. inhonorans
ſummam et preexcellſam ſedem. derogans apoſto

lice dignitati? Et tū nō mōſtrabūt puto qui hoc di
cerēt vbi aliqn̄ quiſpiā apl'oꝝ iudex ſederit hoīm:
aut diuiſoꝛ terminoꝝ: aut diſtributoꝛ terraꝝ Ste-
tiſſe deniqꝫ lego apl'os iudicādos: ſediſſe iudican
tes non lego Erit illud non fuit. Itane eſt immi
nutoꝛ eſt dignitatis ſeruus ſi non vult eē maioꝛ do
mino ſuo: aut diſcipul9 ſi nō vult eſſe maioꝛ eo qui
ſe miſit: aut fili9 ſi non trāſgreditur termīos q̊s
poſuerūt patres ſui? Quis me conſtituit iudicem
ait ille mgr̄ et dn̄s: et erit iniuria ſeruo diſcipuloqꝫ
niſi iudicet vniuerſos? Mihi tū nō videtur bonus
eſtimatoꝛ reꝝ qui indignū putat apl'is ſeu apoſto-
licis viris nō iudicare de t'rib9: quib9 datū ē iudi
ciū in maioꝛa Quid ni cōtempnāt iudicare de ter-
nis poſſeſſiuncul' hoīm: qui in celeſtib9 et angelos
iudicabūt? Ergo in criminib9 et nō in poſſeſſionib9
ptās vr̄a. propter illa ſiquidem et nō propter has
accepiſtis claues r̄gni celoꝝ: p̄uaricatores vtiqꝫ ex
cluſuri nō poſſeſſoꝛes. Vt ſciatis ait qꝛ fili9 hoīs
ptātem habꝫ in t'ra dimittere pccā ꝛc. Quenā tibi
maioꝛ videtur et dignitas ꝛ ptās dimittendi pccā
an pꝛedia diuidendi? Sed nō eſt cōparatio Habēt
hec infima et terrena iudices ſuos: reges et p̄nci-
pes terre Quid fines alienos inuaditis? Quid fal
cem vr̄am in alienā meſſem extenditis? Nō qꝛ idig
ni vos. ſed qꝛ idignū vobis de t'rib9 iudicare: q̄ppe
potioꝛib9 occupatis Deniqꝫ vbi neccitas exigit: au
di quid apl's cenſeat Si ei in vobis iudicabitur ſ

mūd⁹: idigni eſtis q̄ de minimis iudicetis? Sȝ alid
ē incidēter excurrē ī iſta: cū q̄dē vrgente alid vltro
incūbere iſtis tanq̄ magnis dignīſq3 tāli et taliū i-
tentione rebus Itaq3 h̄ et innumera tālia dicerē: ſi
fortia dicerē. ſi recta ſi ſincera Nūc āt q̄m dies ma
li ſunt. ſufficit interī āmonitū eſſe nō totū te nec
ſemꝑ dare actioni: ſed cōſideratiōi aliq̄d tui et cor-
dis et tp̄is ſequeſtrare Hoc āt dico neccitatē intuēs
nō eq̄tatē: q̄q̄ non ſit ꝑter equū eccīe cedere neceſ
ſitati Nā ſi liceret q̄d deceret: abſolute ꝑ oīa et in oī
bus preferendā. et ſ ſolā vel maxime colendā eam
q̄ ad oīa vȝ id ē pietatē prorſus irrefragabil ratio
mōſtrat Quid ſi ſit pietas queris? Vacare conſi-
deratiōi Dicas forſitan in hoc diſſentire me ab il
lo: qui pietatem diffinit cultū dei Non ē ita Si bn̄
conſideras illi⁹ ſenſum meis expreſſi verbis: et ſi
tn̄ ex pte Quid tā ptinens ad cultū dei q̄ quod ip
ſe hortat² in pſalmo: vacate ꝛ videte q̄m ego ſum
deus? Quod ſane in ptib⁹ cōſideratiōis pcipuū ē
Quid deīn tam valēs ad oīa? Que ipſi⁹ q̄ȝ actio-
nis ptes benigna q̄dā pſumptione ſuas facit: pa-
gendo q̄dāmodo ꝛ preordinando q̄ agenda ſunt?
Neceſſarie ſane. ne forte q̄ preuiſa et premeditata.
poterāt eē pficuo: pcipitata mgis piculo fiāt Qd̄
tibimet ſi recordaris in ipſis actioib⁹ cāꝝ ꝛ in ma
gnis q̄buſq̄ negotijs magnaꝝ ve cōſilijs reꝝ fre q̄
ter accidiſſe nō ābigo Et pmū q̄dē ip̄a fōtē ſuū .i.
mētē de q̄ orit² pūificat cōſidera°. Deīn rgit affcō

dirigit actus . corrigit excessus . componit mores .
vitā honestat et ordinat: postremo diuinarū ꝑiter
et humanarū reꝝ sciaꝫ confert Hec ē q̄ confusa dis-
criminat, hypātia cogit. ipsa colligit. secreta rimat᷑.
vera vestigat. verisimilia examinat: ficta et fucata
explorat Hec ē q̄ agenda preordinat. acta recogitat
vt nihil in mente resideat aut incorrectū. aut correcti
one egens Hec ē que in prosperis aduersa ꝑsentit.
in aduersis quasi nō sentit. quoꝝ alterū fortitudi-
nis . alterū prudencie ē Ibi etiā aduṫere tibi ē sua-
uissimū quendā concentū complexuq; v̄tutū. atq;
alterā pēdere ex altera: sic᷑ hoc loco vides fortitu-
dis carēꝫ eē prudēciā: nec fortitudieꝫ sꝫ temeritatē
eē q̄slibꝫ ausum quē nō parturiunt prudētia Hec itē
est q̄ inter voluptates et necitates media q̄si q̄dā
arbitra sedens vtrimq; ceteris limitib⁹ discermi-
nat fines: istis assignās et prebens qd̄ satis est. ill
quod nimis ē demēs . et sic ex alterutro terciā for-
mās v̄tutē quā dicūt tpantiā. Nēpe intemperātē
ipsa consideratio censet . tā eū q̄ necessariīs ꝑtina
citer demit q̄ꝫ qui indulget superfluis: Non est g⁹
tpantia in solis resecādis supfluis: ē et in admittē
dis necessariīs H⁹ snīe aps̄ nō fautor tm̄ sꝫ auctor
eē vi᷑: q̄ curā carnis nr̄e docꝫ non pfici in desiderio
Dicēs siqdem curā carnis nō pfici superflua cohi-
bet: addens in desideria neccia nō excludit Vn̄ mihi
vi᷑ nō oio absurdū diffinire tpātiā q̄ hāc nec ꝑtride
necitatē nec excedere dicat. Iuxta illd phi Ne quid

nimis . Iã de iuſticia q̄ vna ex quattuor eſt . nõne
conſtat conſideratioē mentē preueniri: vt ſe formet
in ea ? Se ei necē eſt p9 cogitet . vt ex ſe normā du-
cat iuſticie: nec factura vtiq₃ alteri quod ſibi fieri no-
lit . nec quod ſibi fieri velit negatura . In hÿs nēpe
duob9 liquet integrū eſſe iuſticie ſtatū Sed nec ipſa
ſolitaria eſt Intuere eteni nūc mecū etiam h9 pul-
chrā connexionē et coherenciā cū temperātia . et itē
ambarū cū duabus ſuperiorib9 . i . prudentia et for-
titudine Nā cū iuſticie dicat' portio . quod ſibi non
vult fieri q̄s alÿ non facere porro ꝑfcio qđ ait dñs
q̄cunq₃ vultis vt faciāt vobis hoīes et vos facite
illis: neutrū hoꝝ erit niſi ipſa volūtas de qua tota
ducitur forma ſic ordinata fuerit vt nec velit aliqđ
ſuperfluū . nec neceſſariū quid ſupſticioſe nolit: qđ
quidem temperantie eſt Deniq₃ et ipi iuſticie vt iuſ-
ta ſit: temperātia modū imponit . Noli nimiū eſſe
iuſt9 ait ſapiēs : oſtendens p hoc mīme ap.pbrandā
iuſticiā q̄ temperātie moderamīe nō frenet? Quid
quod et ipſa ſapīa hoc temꝑantie frenū non reſpu-
it : dicente paulo ſcđm ſapiā₃ ſibi a deo datā . non
plus ſapere ꝙ oportꝫ ſapere: ſed ſapere ad ſobrieta-
tem ? Sed et econuerſo qđ temperantie neceſſaria
iuſticia ſit: oſtendit dñs in euangelio arguēs illo-
rū temperantiā qui abſtinebāt vt viderētur hoīb9
ieiunātes erat in cibo temꝑantia . ſed nō iuſticia
in aīa: q2 nō deo placere ſed hominib9 intendebant
Quō rurſum illa vł iſta ſine fortitudīe . cū conſtet

fortitudis eſſe et nõ mediocris cohibere velle et nol
le ſuũ. iter ãguſtias parũ et nimis . vt ſit contenta
volũtas mõ illo medio nudo puro ſolo cõſtãte ſibi
eq̃li vndiq; ſui vtpote ex oĩ parte pariter circũciſio
quod ſolũ conſtat eẽ ṽtutis : Dicito mihi queſo ſi
potes cuinã potiſſimũ triũ harũ virtutũ meditulli
um hoc dandũ cenſeas . quod ita cũctis contermi-
nũ eſt vt videat᷑ propriũ ſingularũ An ipſum ṽtꝰ
eſt eẽ nihil aliud Si ſic ṽtus non eẽt multiplex: ſed
eſſent oẽs vna An potius qꝛ ſine eo virtꝰ non eſt .
oĩm q̊dãmodo intima vis vna eſt et medulla ṽtu-
tũ in qua ſic vniũtur vt vna periñ videãtur oẽs . p̄
ſertim qð nõ illð participãdo coĩcant. ſʒ totũ a ſin
gulis atq; integrũ poſſidet᷑ : Verbi cã Quid tam
iuſticie q̄ modꝰ : Alioquin ſi quid extra modũ rẽli-
quit. nõ plane cuiq; tribuit qð ſuũ eſt: quod tñ ſuũ
ipſius eſt facere Quid tã rurſum tẽpantie. q̄ nõ
aliunde profecto temperantia eſt niſi quod nil im-
moderatum admittit Sed puto fatebere etiã non
minꝰ eſſe fortitudinis cũ vl maxime ipſa ſit q̃ ab
irruentibus vicijs et quaſi ſuffocare hinc inde co-
nantibus purũ illud potenter eruit: et vendicat in
quoddã ſtabile fundamentũ boni ſedemq; virtu-
tis . Ergo modũ tenere iuſtitia ẽ tpantia ẽ fortitu
do ẽ Sed vide ne in hoc differant vt iuſticie q̃dem ĩ
affectu res ſit . a fortitudine autem efficatia eius
porro poſſeſſio atq; vſꝰ apud temperantiã Reſtat
vt doceamꝰ ab hac cõmunione prudenciã non ex-

cludi. Rōne ipā ē q̄ modū diu animi neglectu
p⁹ habitū. ⁊ uiciorꝫ īuidia q̄i ī abditis relu
ſū ⁊ coopt̄ū. q̄dā vetuſtatis caligīe prior reſpe
cit et aduertit. Propterea dico ꝗ̄ a paucis ad
uertit̄. qꝛ paucorꝫ prudētia ē. Itaqꝫ iuſticia
q̄rit. prudētia īuenit. ne dicā fortitudo. tē
perātia poſſidet. Nō ē m̄ hꝰ loco ꝓpoſitū de v̄tu
tibꝫ diſputare. ſed h̄ dixerī hortās ad vacā
dū ꝯſideratōi. Cū bn̄ficio hᵉ ⁊ ſimilia aduētūt
Cui tā pio tāqꝫ utili ocio nulla ī uita opā dare.
nōne uitā ꝑdere ē. Credo tū. Si te philoſophie
huic totū repēte devoueris. ꝑdeceſſoēs tui nō
ita ꝯſueuerūt. ciis moleſt⁹ q̄m pluibꝫ. q̄i qꝛ
prim̄ ueſtigijs deuiaris. Nēpe ita videberis
agē ī ſuggillationē corꝫ. Deo ⁊ notabē vulgai
pubis. q̄ hᵒ facit qd̄ nullꝰ imitatᵉ oēs. uelu
ti q̄ acipias ādmirationi fore. Nec potes cōtū
oīa ſil' ⁊ ſbito uel errata corrigē. vl' ꝯceſſus
redigē ī modū. Erit tū acceperis tp̄s. ut ſcd̄m
ſapiām ꝗ̄ a deo datā paulatī ⁊ oportune id
ſtudeas. Interī ſane malo alteri⁹ utē ī bonū
qd̄ potes. Cū ꝗ̄ ſi de bonis ⁊ nō de nouis ſu
mam⁹ exēpla. nō defuere romani pōtifices
q̄ ſibi ocia int' maxīa negotia īuenirēt. Ob

ſtudio urbi et barbariei ceteris cunctis certatim imminebat
Nunc tamen iſtud et ceterum bene propriam cōgnouī. quo minus ſapi
entia ſe ...  Eo nempe tempore quo ex ipſis ubi legitur
obſcuriſſima et extrema parte ... tam diligenter quam
eleganter expoſuit. Sed iſto Alio ... mos. dies alii
ſunt. et alii homines mores. et tempora periculoſa non inſtantia. ſed
extantia. fraus et circumuentio. et uiolentia inualuere ſuper terram
Calumpniatores multi. defenſor rarus. Ubique potentiores
opprimunt pauperiores. non poſſumus deeſſe oppreſſis. non ne
gare iudicium iniuriam patientibus. Niſi agitentur cauſe au
diantur partes iudicari quomodo poterunt. Agitentur cauſe ſed
ſicut oportet. Nam is modus qui frequentatur. execrabilis plane.
et quem non dico eccleſie. ſed nec foro decet. Miror namque quemadmodum
religioſe aures tue audire ſuſtineant huiuſmodi diſputationes
aduocatorum. et pugnas uerborum. que magis ad ſubuerſionem
quam ad inuentionem proficiunt ueritatis. Corrige prauum morem.
et precide linguas uaniloquas. et labia doloſa claude. Hi
ſunt qui docuerunt linguas ſuas loqui mendacium. diſerti
aduerſus iuſticiam. eruditi pro falſitate. Sapientes ſunt ut
faciant malum. eloquentes ut impugnent uerum. Hi ſunt qui in
ſtruunt a quibus fuerant inſtruendi. aſtruunt non comperta
ſed ſua. ſtruunt de proprio calumpnias innocentie. deſtru
unt ſimplicitatem ueritatis. obſtruunt iudicii uias.
Nichil ita abſque labore manifeſtam facit ueritatem

ut breuis ⁊ pura narratio Ergo illas q̄s
ad te neceſſe erit ĩtrare cauſas. neq; eni̅
om̄s neceſſe ẽit. diligẽter uelim ſed bre
uit̉ dictiõe abſciſas. Fruſtratoriaſq; et
venatorias ꝑcidere dilationes Cauſa in
due ĩtret ad te. cauſa paupis. et ei⁹

et eius q̄ nō hȝ qđ det Aliȷ̈s alias mr̄tas poteris
cōmittere terminādas : q̄ꝑ pluēs nec dignas audiē
cia iudicare · Quid enī opus eſt admittere illos :
q̊ꝝ peccata manifeſta ſunt precedentia ad iudiciū:
Tanta eſt impudentia nōnulloꝝ vt cum manifeſ
te ambitionis prurigine ſcateat tota facies cauſe
eorū. non erubeſcant audientias flagitare: publi-
cantes ſemetipſos ad multoꝝ conſcias . in quo ſ
ſue ſolius ſatis poterant cōfundi iudicio Nō fuit
qui retūderet attritas frontes : et ideo plures ſci
ſunt et magis induruerūt Sed neſcio quō vicioſ9
cōſcias vicioſoꝝ nō refugit: et vbi oēs ſordēt vni9
fetor minime ſentitur. Quis enī verbi grā vnq̄ꝫ a-
uarus auarū. immūdus immūdū. luxurioſ9 luxu
rioſum erubuit : Plena eſt ambitioſis eccleſia: nō
ē iam qđ horreat ī ſtudiȷ̈s ⁊ molitioīb9 ābitionis:
nō plus q̄ꝫ ſpelunca latronis in ſpoliȷ̈s viatorum
Si chriſti diſcipul9 es : igneſcat zelus tu9 exurgat
auctoritas aduerſus impudentiam hāc et q̄ualem
peſtem Intuere magiſtrū ſic faciētem: et audi dicē
tem Qui mihi miniſtrat me ſequatur Non parat
aures vt audiat. ſed flagellū quo feriat Verba nec
facit nec recipit: nec enī ſedet iudicās . ſed inſequi
tur puniens Cauſam tū non tacet: quod viȝ domū
oroīs negociatioīs feciſſent Ergo ⁊ tu fac ſimiliter
Erubeſcant vultū tuū iſtiuſmodi negociatores ſi
fieri p̄t: ſi non timeant Et tu flagellū tenes . time
ant nūmularȷ̈ nec fidant in nummis ſed diffidant

Abſcondant eos ſuū a te: ſcientes effundere q̄ꝫ ac
cipere paratiorem. Hoc ſtudioſe et conſtanter agē
do multos lucrifacies turpiū ſectatores lucrorū.
honeſtioribus officijs vendicādo multos: ne vel
audeant huiuſmoi attemptare ſeruabis Adijce il
lud quod non parꝝ proficiet et ad ferias quas tibi
ſuadeo. Ita nēpe nō tibi pauca momēta tēporꝫ re
dimes ad vacandū conſiderationi: quedā vt dixi
negotia nō audiendo. quedam alijs cōmittendo:
que tua digna putaueris audientia. fideli quodam
et accōmodo ipſi cauſe cōpendio terminādo De q̄
conſideratione hijs addere aliqua cogito. ſed ſub
alterius ſane principio libri: atqꝫ hic ſit finis iſtius.
ne duplo te oneret minus ſuauis orō ſi et lōga fuit.

Apologia ſuper conſumptione iherolimita
rum liber ſecundus de conſideratione

MEmor promiſſi mei quo ecce iam ali
q̄ꝫ diu teneor apud te vir optime papa
eugeni: volo ab ipſe abſoluere me vl
ſero Puderet dilatiōis: ſi mihi cōſci
us forem incurie aut contemptus. Non eſt ita:
ſed incidimus vt ipſe noſti tempus graue. quod
et ipſe pene viuendi vſui videbatur īdicere ceſſatio
nem ne dum ſtudijs: cū ſcilicet dominus ꝓuoca
tus pctis noſtris ante tempus quodāmodo viſus
ſit iudicaſſe orbem t̄re in eq̄tate quidem ſꝫ mīe ſue

oblitꝰ Non pepercit populo ſuo: non ſuo noī Nōne
dicūt in gentibus vbi eſt deus eoꝝ? Nec mirū Ec-
cleſie filij et qui chriſtiano cenſentur noīe proſtrati
ſunt in deſerto: aut interfecti gladio. aut fame con
ſumpti Effuſa eſt cōtentio ſup principes: et dn̄s
errare fecit eos in inuio et nō in via Contritio et in
felicitas in vijs eorū: pauor et meror ⁊ cōfuſio in
penetralibus regū ipſorum Quī confuſi pedes an
nūciantiū pacem: annūciantiū bona Diximꝰ pax
et non eſt pax: promiſimus bona et ecce turbatio
Quaſi vero temeritate in opere iſto. aut leuitate v
ſi ſimus Cucurrimus plane in eo non quaſi in in-
certū: ſed te iubente. ymmo ꝑ te deo Quare ergo
ieiunauimꝰ et nō aſpexit: humiliauimꝰ aīas nrās
et neſciuit? Nam in hijs oībꝰ nō eſt auerſus furor
eius: ſed adhuc manꝰ eius extenta Quī patienter
interim adhuc audit voces ſacrilegas: et egiptios
blaſphemātes qꝛ callide eduxit eos vt occideret in
ſolitudine Et quidem iudicia dn̄i vera Quis ne-
ſciat? At iudiciū hoc abyſſus tāta: vt videar mihi
non immerito pronunciare beatum qui non fuerit
ſcādalizatus in eo Quomodo tamē humana teme
ritas audeat reprehendere: quod minime cōprehē
dere vz? Recordemur ſupnoꝝ iudicioꝝ q̄ a ſeculo
ſunt: ſi forte ſit conſolatio Nā quidā ita dixit Me-
mor fui iudiciorū tuorū a ſeculo domine: et cōſola
tus ſum. Rem dico ignotam nemini: et nunc nemi
ni notam. Nempe ſic ſe habent mortalium cor-

da: quod ſcimus cū neceſſe non ſit: in neceſſitate
neſcimus. Moyſes educturus populū de terra e-
gipti: meliorē illis eſt pollicitus terram Nam quā-
do ipſum aliter ſequeretur populus. ſolam ſapi-
ens terram? Eduxit: eductos tamen in terrā quā
promiſerat non introduxit Nec eſt qd̾ ducis teme-
ritati imputari queat. triſtis et inopinatꝰ euentꝰ
Oīa faciebat dn̄o imperāte. dn̄o cooꝑante. et opꝰ
confirmante ſequentibus ſignis Sȝ populꝰ inqȝ
ille dure ceruicis fuit: ſꝑ contenſioſe agens contra
dn̄m et moyſen ſeruū eius. Bene Illi increduli ꝛ
rebelles Hij āt quid? Ipſos interroga. Quid me
opuȝ eſt dicere quod fatentur ipſi? dico ego vnū.
Quid poterāt proficere qui ſemꝑ reuertebātur cū
ābularēt? Qū et iſti ꝑ totā viam nō redierūt cor-
de in egiptū? Qd̾ ſi illi ceciderūt et ꝑierūt ꝓpter
iniquitatē ſuā: miramur iſtos eadem faciētes eadē
paſſos? Sȝ nūquid eoꝝ caſus aduerſꝰ promiſſa
dei? Ergo nec iſtorum. Neqȝ enim aliqū promiſ-
ſiones dei iuſticie dei preiudicāt Et audi aliud Pec-
cauit benyamin: accingūtur reliq̄ tribꝰ ad vltio-
nem. nec ſine nutu dei Deniqȝ ipſe deſignauit ducē
preliaturis. Itaqȝ preliātur freti et manu validi-
ori et cauſa potiori: et qd̾ hijs et maius eſt fauore
diuino At q̄ terribilꝭ deꝰ in conſilijs ſuꝑ filios ho-
minū Terga dedere ſceleratis vltores ſceleris. et
paucioribus plures: ſȝ recurrūt ad dn̄m et dn̄s ad
eos Aſcēdite inqt Aſcendūt denuo: denuoqȝ fuſi ꝛ

confuſi ſunt Ita deo primū quidē fauente. ſecūdo
et iubente: iuſti iuſtū certamē ineūt et ſuccumbunt
Sed quo inferiores certamīe eo fide ſuꝑiores inuē
ti ſunt Quid putas de me facerent iſti. ſi meo hoz
tatu iterato aſcenderent: iterato ſuccumberent?
Qn̄ me audirent monentē tercio repetere iter: re
petere opus: in quo ſemel iā et ſecundo fruſtrati
forent? Et tn̄ iſrahelite vnā et alterā nō reputātes
fruſtrationē: tercio parant et ſuperant Sed dicūt
forſitā iſti Vnde ſcimꝰ ꝙ a dn̄o ſermo egreſſꝰ ſit?
Que ſigna tu facis: vt credamus tibi? Non eſt qḋ
ad iſta ipſe reſpondeā: parcendū verecundie mee.
Reſponde tu pro me et pro te ip̄o ſcḋm ea que vidiſ
ti vel audiſti: aut certe ſcḋm quod tibi inſpirauerit
deus Sꝫ forte miraris me pſequi iſta: qui aliud ꝓ
poſuerā Facio nō oblitꝰ propoſiti: ſed ꝙ a ꝓpoſi
to non iudicem aliena. Nempe de conſideratione
vt nemini ſermo mihi ad tuā dignationē. Et ſane
magna iſta res: et egens conſideratione nō mini
ma Quod ſi res magnas a magnis conſiderari o
portet: cui eque vt tibi id ſtudij competit. qui parē
ſuꝑ terram non habes? Sed tu ſecundum poteſta
tem datam tibi deſuper facies de hoc Non eſt mee
hūilitatis dictare tibi ſic et ſic fieri quicꝙ̄ Sufficit
intimaſſe oportere fieri aliquid vnde et eccleſia con
ſoletur. et obſtruatꝛ os loquentiū iniqua. Hec pau
ca vice apologie dicta ſunt: vt ipſa qualiacūqꝫ ha
beat conſcientia tua ex me. vnde me habeat excuſa

tum et te pariter Et ſi non apud eos qui facta ex e
uentibus eſtimant: certe apud te ipſum Perfecta
cuiq; et abſoluta excuſatio . teſtimonium conſcien
tie ſue: mihi pro minimo eſt . vt ab illis iudicer qui
dicunt bonū malū et malū bonū: ponentes lucem
tenebras . et tenebras lucem . Et ſi neceſſe ſit vnū
e duobus fieri: malo in nos murmur hominum
ꝙ̄ in deum eſſe Bonū mihi ſi dignetur me vti pro
clipeo: libens excipio in me detrahentiū linguas et
maledicas . et venenata ſpicula blaſphemorū . vt
non ad ipſum perueniant Non r̄cuſo ingloriꝰ fieri
vt non irruatur in dei gloriam . Quis det mihi glo
riari in voce illa . quoniā propter te ſuſtinui obpro
briū: operuit confuſio faciem meam. Gloria m̄
eſt conſortem fieri chriſti: cui illa vox eſt obprobria
exprobrantium tibi ceciderunt ſuper me . Nunc igi
tur recurrat ſtilus ad ſuam materiam: et in ea q̄
propoſueramus . ſuo tramite gradiatur oratio .

ET primo quidem ipſam conſideratioem q̄d
dicam conſidera . Non eni id per ōnia qd̄ cō
templationem intelligi volo ꝙ hec ad rerum certi
tudinem . illa adinquiſitionem magis ſe habeat
Iuxta quem ſenſum . poteſt contemplatio quidem
diffiniri . verus certuſq; intuitus animi de quacun
q; re . ſiue apprehenſio veri non dubia: conſidera
tio autem intenſa ad veſtigandum cogitatio . vel
intentio animi veſtigantis verum: quamꝙ̄ ſoleāt

in differēter pro inuicē vſurpari Iam qđ ad conſi-
deratiōis attinet fructū. quattuor vt occurrūt mihi
tibi conſideranda reor: te que ſub te. que circa te. q̄
ſupra te ſunt A te tua conſideratio inchoet: ne fruſ
tra extendaris in alia. te neglecto. Quid tibi pro-
deſt ſi vniuerſum mundū lucreris: te vnū pdens?
Et ſi ſapiens ſis: deeſt tibi ad ſapientiā. ſi tibi nō
fueris Quantū vero? Vt quidem ego ſenſerim to
tum Noueris licet ōnia miſteria. noueris lata ter-
re. alta celi. profunda maris ſi te neſcieris. eris ſi
milis edificanti. ſine fundamento: ruinā non ſtruc
turam faciens Quicquid extruxeris extra te: erit ī
ſtar congeſti pulueris. ventis obnoxium Non er-
go ſapiens: qui ſibi non eſt Sapiens ſibi ſapiens
erit: et bibet de fonte putei ſui primus ipſe: A te
proinde incipiat cōſideratio tua: non ſolū āt. ſed
et in te finiatur Quocunqꝫ euagetur cū ſalute: ad
te reuocaueris eā cum ſalutis fructu Tu primꝰ ti
bi: tu vltimꝰ tibi. Sume exemplum de ſummo om-
niū patre: verbū ſuū et emittente et retinente. Ver
bū tuū cōſideratio tua Que ſi ꝓcedit. nō recedat.
Sic progrediatur vt nō egrediatur: ſic exeat vt nō
deſerat. In acquiſitione ſalutis nemo tibi germa
nior: vnico matris tue Cōtra ſalutē ꝓpriā cogites
nihil Minꝰ dixi cōtra: ꝑter dixiſſe debuerā Quic-
qđ ſe conſiderationi offerat qđ nō quoq̄ mō ad tuā
ipſiꝰ ſalutē ꝑtineat reſpuēdū Et tui h̄ conſideratio

in tria quedam diuiditur: ſi conſideres quid. et q̄s
et qualis ſis Quid in natura: quis in pſona: qual
in moribus Quid verbi grā homo: quis papa vel
ſummus pontifex: qualis benign9 . manſuet9 . vl
quicquid tale: quamq̄ primū illud philozophicū
ſit magis q̄ apoſtolicū veſtigare. Attamen eſt in
diffinitione hoīs quē dicūt aīal rationale mortale
quod diligentius ſi intueri libet. licet. Non eſt qd
tue in eo aut profeſſioni obuiet aut dignitati: eſt
vero quod ſaluti afferre queat Nam conſideranti
duo hec ſimul. rationale mortale qꝫ. is tibi inde oc-
currit fruct9: vt et mortale quod in te eſt. rationa
le humiliet. et rurſū rationale mōrle cōfortet: qd neu
trū neglectui erit hoī circumſpecto Si qua adhuc p̄
ſens conſideranda requirit locus. tractabuntur
infra: et forte vtilius ex partiū collatione. Nunc
quis ſis ⁊ de quo ſis factus aduertendū Quamq̄
qd dixi de q̄. id mihi pretereundū putem poti9. tue
relinquendū agnitioni Illud dico: indignū tibi citra
pfcm̄ agere: de tanta aſſumpto perfectione. Quid
ni erubeſcas minimus īueniri in magnis: qui te re
cordaris magnū in minimis extitiſſe: Non es obli
tus prime profeſſionis: non excidit menti que ſub
ducta eſt manui. ſed ne affectui quidem: ipſam ad
ſingula tua imperia iudicia inſtituta. habere pre
ocul' non erit inutile Hec cōſideratio tua te facit ho
noris contemptorē in hōre ipſo. Atqꝫ id magnū.
Non recedat a pectore: clipe9 tibi ē vel a ſagitta il-

la. hoīo cū in honore eſſet nō intellexit Loquere er
go tibi Abiectus erā in domo dei mei Quale eſt hō
de paupere et abiecto leuari ſup gentes et regna ?
Quis ego aut que dom9 pris mei: vt ſedeā excelſis
ſublimior ? Sane qui dixit mihi. amice aſcende ſu
peri9 : amicū fore fidit Si minus ineniar : nō ex
pedit quidem Qui eleuauit et deijcere poteſt Sera
querela. qm̄ eleuās alliſiſti me Nō eſt quod blādia
tur celſitudo: ſollicitudo maior Illa diſcrimē intē
dit : hec amicū probat Huic accingamur : ſi nolum9
tandem cū rubore nouiſſimū locū tenere Factū ſu
periorē diſſimulare neq̄m9 : ſed eni ad quid d̄nimo
dis attendendū Non enim ad dn̄andū opinor Nā
et propheta cū ſimiliter leuaretur audiuit : vt euel
las et deſtruas. et diſperdas. et diſſipes ⁊ edifices
et plantes Quid horū faſtū ſonat ? Ruſticani ma
gis ſudoris ſcemate quodā labor ſpiritualꝭ expreſſ9
eſt Et nos igitur vt multū ſentiam9 de vobis. im
poſitū ſenſerim9 miniſteriū : nō dominiū datum
Non ſum ego maior ꝓphā: et ſi forte par poteſtate
ſed meritorū non ē compatio. Hec loquere tibi: et
doce teipm̄ qui alios doces. Puta te velut vnum
aliquē de prophetis An non ſatis ad te ? Et nimi
um. Sed grā dei es id qd̄ es. Quid ? Eſto ꝙ pro
pheta: nūquid plus ꝙ ꝓphā ? Si ſapis eris cōten
t9 mēſura quā tibi mēſus eſt deus Nā qd̄ ampli9
eſt a malo ē. Diſce exēplo ꝓphetico p̄ſidere non tā
ad imperitādū: ꝙ ad factitādū qd̄ tēp9 req̄rit Diſce

ſarculo tibi opus eſſe non ſceptro: vt opus facias
prophete Et quidem ille non regnaturus aſcendit:
ſed extirpaturus Putas ne et tu inuenias aliquid
elaborandū in agro domini tui? Et plurimū Nō
plane totū quiuere emūdare prophete: aliquid fi
lijs ſuis apoſtolis quod agerent reliq̄runt: aliq̄d
parētes ipſi tui tibi Sed nec tu ad ōne ſufficies: a-
liquid profecto tuo relicturus es ſucceſſori: et ille
alijs. et alij alijs vſq̄ in finem. Circa vndecimam
deniq̄ horam operarij ocij arguūtur: et mittūtur
in vineā Anteceſſores tui apoſtoli audierūt. quia
meſſis quidem multa operarij āt pauci. Paternā
tibi vendicato hereditatem Nam ſi filius et heres:
vt probes heredem euigila ad curā. et non ocio tor
peas: ne tibi dicatur Quid hic ſtas tota die ocio-
ſus? Multo minus inueniri oportet: aut delicijs
reſolutū: aut reſupinū pompis Nil horū tibi tabu
le teſtatoris aſſignant Sed quid? Si illarū tenə-
re contentus ſis. curā potius hereditabis et operā
q̄ gloriā et diuicias Blanditur cathedra? Specu
la eſt Inde deniq̄ ſup intendis: ſonans tibi epiſ
copi noīe non dominiū ſed officiū Quid ni loceris
in eminenti vnde oīa proſpectes: qui ſup oīa ſpe-
culator conſtitueris? Enīuero proſpectus iſte pro-
cinctū parit. nō ociū. Qū libet gloriari. vbi ociari
nō licet? Nec locus eſt ocio: vbi ſedula vrget ſolli
citudo oīū eccīaꝝ Nā q̄d tibi alīd dimiſit ſcs̄ apls?
Qd̄ habeo īquit tibi do Quid illd̄? Vnū ſcio. non

eſt aurū neq; argentum : cum ipſe dicat Argentū
et aurū non eſt mihi . Si habere contingat : vtere
non pro libitu ſed pro tempore Sic eris vtens il-
lis quaſi non vtens Ipſa quidem quod ad animi
bonū ſpectat : nec bona ſunt nec mala Vſus tū ho-
rum bonus . abuſio mala : ſollicitudo peior : queſ-
tus turpior . Eſto vt alia quacunq; intentione tibi
vendices : ſed non apoſtolico iure . Nec enī tibi ille
dare quod non habuit potuit . Quod habuit hoc
dedit : ſollicitudinē vt dixi ſup eccias Nunquid dña-
tionem ? Audi ipm non dñantes ait in clero : ſed
forma facti gregis . Et ne dictum ſola humilitate
putes non etiā veritate : vox domini eſt in euāgelio
Reges gentiū dominātur eorū : et qui poteſtatem
habent ſup eos benefici vocantur Et infert Vos
autem non ſic ? Planū eſt apoſtolis interdicitur
dñatꝰ Igitur et tu tibi vſurpare audes aut domi-
nās apoſtolatū : aut apoſtolicꝰ dñatum ? Plane
ab alterutro prohiberis . Si vtrūq; ſil habere vo-
les : perdes vtrūq; Alioquin nō te exceptū illorū
numero putes . de qbꝰ q̄ritur deus ſic Ipſi regna-
uerunt et nō ex me : principes extiterunt et ego non
cognoui eos Iam ſi regnare ſine deo iuuat habes
glaz ſed nō apud deū At ſi interdictū tenemꝰ : au-
diamꝰ edictū Qui maior eſt vrm̄ ait : fiat ſicut iu-
nior : et qui preceſſor ē ſicut q̄ miſtrat Forma apoſ-
tolica hᷓ e : dñatio īterdicitꝛ . īdicitꝛ miſtratio Que
et cōmendatur ipiꝰ exēplo legiſlatoris q̄ ſecutꝰ ad-

iūgit Ego āt in medio vrm̄ ſum tanꝙ qui miſtrat
Quis ſe iam titulo hoc inglorīu putet: quo ſe pri
or dominus glorie preſignauit: merito paulꝰ glori
atur in eo dicens Miniſtri criſti ſunt et ego Et ad-
dit Ut minus ſapiens dico: plus ego In laboribꝰ
plurimis: in carceribus abundantius: in plagis
ſupra modum: in mortibus frequenter. O precla
rum miniſterium Quo non id glorioſius principa
tu? Si gloriari oportet: forma tibi ſanctorum p̄
figitur: apoſtolorū proponitur gloria. Parua ne
tibi illa videtur? Quis mihi tribuat ſimilem fieri
in gloria ſanctorū? Clamat propheta Mihi āt ni-
mis honorificati ſunt amici tui deus: nimis con
fortatus eſt principatus eorum Clamat apoſtolꝰ
Mihi autē abſit gloriari: niſi in cruce domini noſ-
tri ihū criſti Hoc glorieris opto ſemper optimo ge
nere glorie: quod apoſtoli. quod prophete ſibi dele
gere reliquere tibi Agnoſce hereditatem tuā in criſ
ti cruce: in laboribus plurimis Felix qui dicere po
tuit plus omnibus laboraui. Gloria eſt: ſed nil in
ea iane: nil molle nil reſupinū Si labor terret mer
ces inuitet Unuſq̄ſqꝫ ei ſcdm ſuū laborem mercedē
accipiet Et ſi ille plus oībus laborauit: non tū to
tum elaborauit Et adhuc locus eſt Exi in agrū do
mini tui: et conſidera diligenter hodie quanti ad-
huc de veteri maledicto ſilueſcat ſpinis ac tribulis
Exi inꝙ in mūdū Ager eſt eī mundꝰ. is ꝯcreditꝰ
tibi Exi in illū non tanꝙ dominꝰ ſed tanꝙ villicus

videre et procurare vn̄ exigendꝰ es rationem Ex
dixerim quibuſdam tue paſſibus intente ſollicitu-
dinis: et ſollicite intentiōis Neq; enim ipſi qui iuſ
ſi ſūt ire in orbē vniūſum: orbē circuierūt pñtia cor
poris ſed mentis prouidentia Et tu leua ocl'os q̄ſ-
dam conſiderationis tue. et vide regioēs ſi nō ſint
magis ſicce ad ignem q̄ albe ad meſſem Q̄m̄ mul-
te quas putaueras fruges: diligenter inſpecte ve-
pres potius apparebūt Immo ne vepres quidem
annoſe et veternoſe arbores ſunt Sed no profecto
fructifere: niſi forte glandiū et ſilquarū q̄s porci
manducāt Quouſq; occupāt terrā? Nōne ſi exis
et cernis iſta pudebit ocioſam iacere ſecurim: pu-
bit ſine cauſa falcem apoſtolicā accepiſſe? In hūc
quendā agrum yſaac patriarcha exierat. cū primo
rebecca occurrit ei: et vt ſcriptura hʒ exierat ad me
ditandū: tu ad extirpandū egrediaris necē eſt Ti
bi iam p̄ceſſiſſe meditatio debet: tempꝰ faciēdi pre
manibꝰ Sed nūc heſitare incipias: id quidem ſe-
ro. Ante iuxta conſiliū quidē ſaluatoris ſediſſe de
bueras. ante eſtimaſſe opus. metiri vires. ponde-
raſſe ſapientiam. merita comparaſſe. ſumptus cō
putaſſe virtutum Age ergo puta tempus putatio
nis adeſſe: ſi tamen meditationis preiuit. Si cor
mouiſti: mouenda iam lingua. mouenda eſt et ma
nus. Accingere iam gladio tuo: gladio ſpiritus
quod eſt verbum dei. Glorifica manum et brachi-
um dextrum in faciendo vindictam in nationibus

increpationes in populis : in alligando reges eoꝝ
in compedibus et nobiles eorum in manicis ferre-
is . Si hec facis honorificas miſteriū tuū. et miniſ
teriū te Non mediocris iſte principatꝰ Exturbare
eſt hoc malas beſtias a terminis ſuis : quo gre-
ges tui ſecuri in paſcua educantur . Domabis
lupos : ſed ouibus non dominaberis Paſcendas
vtiqꝫ non premendas ſuſcepiſti. Si bene conſide-
raſti quis ſis : hec te oportere facere non ignoras
Porro ſcienti bonum et non facienti: pccm̄ eſt tibi
Nō es oblitus vbi legeris . Seruus ſciens volun
tatem domini ſui et non faciens digna: plagis va
pulabit multis Sic prophete. ſic apoſtoli factita
bant . Fortes fuere in bello : non mollis in ſericis
Si filius es apoſtolorum et prophetarū et tu fac
ſimiliter Vendica tibi nobile genus ſimilibus mo
ribus. ꝛ quod nō aliunde nobile ꝙ̄ morum ingenui
tate et fidei fortitudine fuit Per hāc ei vicerūt reg
na : operati ſunt iuſticiam : adepti ſunt promiſſio-
nes . Hoc cyrographum paterne tue hereditatis
quod tibi euoluimus : vbi inſpicias portionem
que te contingit . Induere fortitudinem et heredi-
taſti . Poſſide fidem. poſſide pietatem. poſſide ſa
pientiam. ſꝫ ſapientiam ſanctorū. ipſa eſt timor do
mini : et habes quod tuum eſt : habes ſine defrau
datione integrum paternum fundum . Precioſiſſi
mus fundꝰ ōtus eſt Bonꝰ fundꝰ humilitas : in
quo omne edificium ſpirituale cōſtructum creſcit

in templū ſanctū domino. Per hanc nōnulli etiā
poſſedere portas inimicorū Que enim virtus eq̄
potis demonum omnē debellare ſuperbiam : ty-
rannidem hominū ? Ceterū cū oī indrūter perſo-
ne hec ſit quedam turris fortitudinis a facie inimi
ci : neſcio quo pacto tamē vis eius maior in maio-
ribus . et in clarioribus clarior comprobatur Nul
la ſplendidior gemma in ōni precipue ornatu ſum-
mi pōtificis . Quo eī celſior ceteris : eo hūilior ap
paret humilitate illuſtrior et ſeipſo . Arguar forſi
tā q̄ non ſatis primis explicitis partibus in ſecū
das neſcio quomodo ſtilus excurrerit : deſcribere
inchoās qualem te oporteat eſſe. cum nec dū quis
ſis plenius expreſſiſſet . Credo erubeſcens in ſum-
mo poſitum apice videri hominem nudum: feſtina
uit induere inſignibus ſuis . Abſq; hijs nempe eo
deformior : quo illuſtrior pares . Nunquid poteſt
abſcondi ciuitatis ſupra montem poſite deſolatio
aut latere fumus lucerne extincte ſupra candela-
brū ? Simia in tecto : rex fatuꝰ in ſolio ſedēs . Et
nūc audi canticū meū et quidem minus ſuaue: ſed
aut incertū opinionis fides figat: aut quod firmū fixūqꝫ eſt fidei opinio ꝛuocet in qſtionē: Et hͦ ſciendū qꝫ opinio ſi habet aſſertionem temeraria eſt: fides ſi hꝫ heſitationem infirma ē Item intellectus ſi ſignata fidei temptet irrūpere: reputatur effractoꝛ. ſcrutatoꝛ maieſtatis Multi ſuā opinionē. intellectū putauerūt: ⁊ errauerūt Et quidem opinio pt putari intellectus: intellect9 opinio nō pt. Vn̄ hoc accidit Profecto quia hec falli poteſt: ille nō poteſt Aut ſi falli potuit: intellect9 non fuit ſꝫ opinio Verus nempe intellect9 certā habet nōmodo veritatem: ſꝫ noticiā veritatis: Poſſum9 ſingula hͤ diffinire ita Fides ē volūtaria quedā et certa plibatio necdū propalate veritatis Intellect9 eſt rei cuiuſcunqꝫ inuiſibilis certa et manifeſta noticia. Opinio eſt quaſi pro vero habere aliquid quod falſum eſſe neſcias Ergo vt dixi fides ambiguū non habet: aut ſi habet. fides non eſt ſed opinio Quid igitur diſtat ab intellectu: Nempe ꝙ et ſi non habet incertum non magis ꝙ̄ intellect9: habet tn̄ inuolucrū quod non intellect9. Deniqꝫ quod intellexiſti nō eſt de eo quod vltra queras: aut ſi eſt nō intellexiſti Nil āt malum9 ſcire: ꝙ̄ que fide iā ſcimus Nil ſupererit ad btitudinē: cū que iā certa ſt nobis erunt eque et nuda. Hijs ita iam expeditis. age iam dirigatur conſideratio in ea que ſurſum ē iheruſalem mater nr̄a: ac totis tribus medꝫtatis vijs

caute et vigilanter veſtigemus iueſtigabilia: qua-
tenꝰ tū licet. vel magis q̄tenꝰ nobis donabitur:
ET primo quidem ciues ſpūs eſſe illic poten-
tes. glorioſos. beatos: diſtinctos in perſo-
nas diſpoſitos in dignitates: ab inicio ſtantes in
ordine. perfectos in genere ſuo. corpore ethere-
os. immortalitate perpetuos. impaſſibiles non
creatos. ſed factos. id eſt gracia non natura:
mente puros. affectu benignos. religione pios.
caſtimonia integros. vnanimite indiuiduos. pa-
ce ſecuros. a deo conditos: diuinis laudibꝰ et ob
ſequijs deditos Hec ōnia legendo comperimꝰ. fi-
de tenemus q̄mq̄ꝫ de corporibus horū nonmō vn̄
ſint. ſed an aliquatenus ſint heret ſentencia ali-
quorū Unde ſi quis inter opinabilia magis id po
nendū cenſuerit: non contendo. Porro intellectu
predictos nō fide. non opinione ſed intellectu capi-
mus quia nō poſſunt huiꝰ expartes et dei ſimul p-
ticipes eſſe Sunt et nomina quedā nota nobis ſi-
militer ex auditu: per que earum beatitudinū etiā
que non liquido percepit mortaliū auditus. officia
merita. gradus. ordines vtcumqꝫ a nobis conici et
diſcerni queunt Sedenī quod ex auditu non eſt. iā
non eſt ex fide: nam fides ex auditu Itaqꝫ opinā-
do iſta dixerimꝰ Ad quid enim celeſtia nomina in-
notuerūt: ſi ne opinari quidem ſalua fide aliquid
licet de rebus quarū noīa ſunt: Angeli archāgeli

virtutes.poteſtates . principatꝰ. dñationes thro
ni.cherubin.ꝛ ſeraphi Hec noīa: Que ſigñta eoꝝ:
Nulla ne inter illos ſpūs qui ſimpliciter angeli.et
eos q̄ et archāgeli nuncupātur diſtantia: Quid ſi
bi ergo vult gradalis diſtinctio hec: Putemꝰ an-
gelos dici niſi tu cōueniētius aliquid conſideraſti.
qui ſinguli ſingl'is hoibꝰ dati credūtur. miſſi i mi
niſteriū ſecundū pauli doctrinā ꝓpter eos qui he-
reditatē capiūt ſalutis De quibꝰ ſaluator. angeli
eorū ſemꝑ vident faciē pr̄is Putemꝰ hẏs p̄eſſe
archāgelos. qui conſciẏ. miniſteriorū diuinoꝝ.non
niſi ob precipuas et maximas cauſas mittuntur.
E quibus magnus ille archangelus gabriel miſ-
ſus legitur ad mariā: ob cauſā vtiq; qua maior eſ
ſe non potuit Putemus ſuꝑ iſtos virtutes eſſe.q̊ꝝ
nutu vel ope ſigna et prodigia in elementis ſiue ex
elemētis apparēt ad cōmonitioēꝫ mortaliū Inde ē
fortaſſis ꝙ cum euuagelio legas. erūt ſigna in ſo
le et ſtellis. paulopoſt habes Nam ꝛ v̓tutes celoꝝ
mouebuntur Hẏ nimiꝝ ſpiritꝰ per quos ſigna ſiūt
Putemꝰ ptātes ſuꝑiores iſtis: quarū virtute po-
teſtas tenebraꝝ comprimitur. et cohercetur mali-
gnitas aeris huiꝰ. ne quantū vult noceat: ne ma-
lignari niſi vt ꝓſit poſſit Putemꝰ principatꝰ hẏs
q̊ꝫ prelatos: quoꝝ moderamine et ſapia. omnis
in terris principatꝰ. cōſtituitur. regitur. limitatᷣ
trāſfertur. mutilatᷣ. mutatᷣ Putemꝰ dñationes

adeo cunctis ſupeminere prefatis oꝛdinibꝰ : vt re
ſpeccu hoꝝ ceteri videātur oēs adminiſtratoꝛij ſpi-
ritus : et ad iſtos tanq̄ ad dn̄os referri regimina
pꝛincipatuū . tutamina poteſtatū . opationes virtu
tum . reuelationes archangeloꝛū . curā et pꝛouiden-
tiam angeloꝛū Putemꝰ thꝛonos alto ab hijs etiā
euolaſſe receſſu : qui ex eo q̄ ſedent thꝛoni dicūtur
et ex eo ſedent . q̄ ſedet in eis deus Neq̃ enim ſe-
dere in eis quin ſederent poſſet Queris quid illam
ſentiā ſeſſionē ? Summā tranquillitatē : placidiſſi
mā ſerenitatem : pacem q̄ exuperat omnē intellectū
Talis eſt qui ſedet in thꝛono dn̄s ſabaoth . iudicāſ
oīa cū tranquillitate : placidiſſimꝰ . ſereniſſimꝰ pa-
catiſſimꝰ Et tres ſibi cōſtituit thꝛonos ſimilimos
ſibi Putemꝰ cherubin ex ipſo ſapie fonte oꝛe altiſſi
mi hauriētes et refundētes fluēta ſcie vniuerſis ci-
nibꝰ ſuis Et vide ne is ſit quem pph̄a loquebatur
fluminis impetꝰ letificat ciuitatem dei Putemus
ſeraphin ſpūs . totos diuino igne ſuccēſos . ſuccē
dere vniuerſa : vt ſinguli ciues . ſingule ſint lucerne
ardētes ⁊ lucēts : ardentes caritate . lucentes cog
nitione . O eugeni q̄ bonū eſt nos hic eſſe q̄ fo-
re melius ſi quādo tamen toti ſequamur quo ex ꝑte
preceſſimus . Precedimus animo et ne ipſo quidē
toto ſed ex ꝑte . et parte modica nimis Affectus ia
cēt mole coꝛpoꝛea p̄grauati : et et luto herētibꝰ deſi
derijs ſola iteri arida ⁊ tenuis cōſideratio p̄uolat

Et tamen ex tantillo quod iã datur libet exclama
re. Dñe dilexi decorē domꝰ tue: et locū hītatiōis
glorie tue Quid ſi totã ſe colligat aīa. et reductis
affectibꝰ a cūctis lacis quibꝰ captiui tenētur timē-
do que nō oꝫ. amãdo que nō decet. dolendo vane:
gaudendo vaniꝰ. cū hȳs ineat tota libertate: vola
tum pulſet in impetu ſpūs et in pinguedine grē il-
labatur: Nōne cū cepit circuire lucidas manſio-
nes et ſinum illum abrahe curioſius ꝑſcrutari. et
ſub altari quodcumqꝫ eſt illud martirū reuiſere ani
mas in prima ſtola. ſedaꝫ patientiſſime expectãtes
mltomagis tūc inſtabit loquēs cū ꝓphã. vnã pe-
tȳ a domino hanc requiram. vt in habitem in do-
mo domini oībꝫ diebus vite mee. vt videam vo-
luntatem domini et viſitem templum eius: Quid
ni ibi videatur cor dei quid ni ibi ꝓbetur q̄ ſit volū
tas dei bona ꝛ bñplacēs et ꝑfcã: Bona in ſe: pla
cens in effectibꝰ: bñplacēs fruētibus: ꝑfcã ꝑfcis
et nihil vltra querētibꝰ Patēt viſcera miſcdie: pa
tent cogitatioēs pacis. diuicie ſalutis. miſteria
bone volūtatis. benignitatis archana: que clauſa
mortalibꝰ etiã ipſis elcis ſuſpecta ſūt Id quidem
ſalubriter ne deſinant timere: dū necdū digne ama
re ydonei inueniūtur Cernere eſt in hȳs qui ſeraphi
appellãtur: quō amet q̄ vñ amet nō hꝫ ſed eſt: et q̄
nihil horū q̄ fecerit odit. q̄s ſaluãdos fecit quō fo-
ueat: quō prouehat quomodo amplexetur quō de

licta electe iuuentutis . et paleas ignorantiaꝝ eiꝰ
ignis ille conſumens ipſam ſibi purgatiſſimam et
ſuo amore digniſſimā reddat. Cernere eſt in cheru
bin qui plenitudo ſcīe dicitur deū ſciarū dominum
eſſe . qui ſolus ſolam neſciat ignorantiā: qui totꝰ
ſit lux . et tenebre in eo nō ſint vlle: totꝰ ſit oculꝰ et
qui mīme aliqū fallitur. qꝛ mīme clauditur: qꝛ ex
tra ſe non querat lumen cui admoueatur. vt videat
ipſe qui videt . ipſe vnde videt . Cernere eſt
in thronis qm̄ non ſuſpectus omni innocentie iu
dex ſedeat in hijs: circumuenire nolit: circumue
niri nō poſſit: quippe ſit amās ſit et ſic vidēs Nec
vacat ſeſſio: tranquillitatis inſigne eſt . De vultu
tali iudiciū meū prodeat opto. cui inſit amor: er
ro abſit: abſit et perturbatio Cernere eſt in domi
nationibus. quāte ſit dn̄s maieſtatis: cuiꝰ nutu ipe
riū conſtat: et imperio vniuerſitas atqꝫ eternitas
terminatur. Cernere eſt in principatibꝰ principiū ex
quo oīa: et quō a cardine oſtiū. ſic ab ipſo regi vni
uerſitatem . Cernere eſt in ptātibꝰ qꝫ poteſtatiue
idem princeps quos regit protegit: contrarias ptā
tes arcens et propulſans . Cernere eſt in ꝟtutibꝰ
vnā vbiqꝫ equaliter preſto eſſe virtutem ꝑ quā om
nia: viuificam efficacem inuiſibilem. imobilemqꝫ: ō
nia tn̄ mouentem vtiliter. tenētem fortiter Que cū
in minꝰ vſitata effecta apud mortales eruperit:
miracula ſiue prodigia vocant. Cernere poſtremo

et mirari eſt in angelis et archangelis veritatē atꝫ experientiā vocis illiꝰ quā ipſi eſt cura de nobis : q̄ taliū nos et tantoꝝ nō deſinit iocundare viſitatio nibus . inſtruere reuelatioībꝰ . ſuggeſtioībꝰ cōmo nere ſedulitate ſolaciari Hec oīa contulit illis ſpiri tibꝰ ipſe q̇ condidit illos vnus atꝫ idem ſpūs : di uidens ſingulis pro vt voluit Hec operatur in illis hec dedit operari et illis . ſꝫ aliter Ardēt ſeraphi ſꝫ igne dei : potiꝰ ꝟ igne deo Qđ precipuū eſt in eis amāt . ſꝫ nō quantū deus nec quō . Lucent cherubin et in ſcia eminent : ſed participatio veritatis : ac ꝑ hoc nō vt veritas . nec quantū Sedent throni : ſed inſidentis beneficio Judicāt ipſi cū tranquillitate ſꝫ nō ad menſurā moduve pacis pacantis pacis q̄ exuperat omnem ſenſum Dn̄antur dominationes ſed ſub dominio dn̄antur . ſꝫ ſeruiūt pariter Quid hoc ad ſummū ſempiternum ſingulare dominiū ? Preſunt principatus et regunt : ſed regūtur et ipſi ita et regere iam nō norint ſi regi deſierint Precel lit in ptātibus fortitudo : ſed cui debent ꝙ fortes ſunt . et aliter eſt fortis et plus : nec tam fortis q̄ꝫ ipſa fortitudo ē Virtutes pro ſuo miſterio et poten tatu ſatagunt excitare corda torpentia hominū ex hibitionē ſignorū virtus vero manens in eis ipſa facit opa faciūt et ille : ſꝫ in cōpatioē eiꝰ nō faciūt . Deniqꝫ tm̄ iterē : vt q̇ſi ſingl̄ariter ꝑphā dicat ad eū Tu es deꝰ q̇ facis mirabilia . Et itē de eo Qui

facit mirabilia magna ſolus Adſunt angeli et ar
changeli: ſꝫ ille germanioꝛ nobis. q̄ nōmodo adeſt
ſed ineſt Quod ſi dicas poſſe ineſſe et angelū: nō i-
ficioꝛ Memini ſcriptū etiā angelus q̄ loquebatur i
me At que diſtā et in hoc? Ineſt angel9 ſuggerēs
bona nō ingerēs Ineſt hortās ad bonū: nō bonū
creans Deus ſic ineſt vt afficiat: vt infundat vl' po
tius vt infūdatur ⁊ ꝑticipetur ita vt vnū perinde
cū nrō ſpū eſſe: dicere quis nō timuerit. et ſi nō v-
nā perſonā. vnāve ſbāz Habes ei q̄ adheret deo:
vn9 ſpūs eſt Angel9 ergo cū aīa: deus in aīa. Ille
vt contubernalis aīe ineſt: deus vt vita. Itaqꝫ ſi-
cut aīa videt in oculis. audit in aurib9. odorat in
narib9. guſtat in faucibus. tāgit in toto reliquo
corpore: ſic deus diuerſa in diuerſis ſpiritib9 opa
tur: verbi cauſa. in alijs amantem ſe exhibens: in
alijs agnoſcentem. in alijs alia facientem. ſicut v-
nicuiqꝫ datur maīfeſtatio ſpūs ad vtilitatē Quis
eſt iſte tam coīs in vocib9: tam lōge in reb9 Quō
quem noſtris loqmur vbis: in ſua recondit9 ma-
ieſtate noſtros penitus et aſpect9 refugit et affec
tus? Audi ipſum quid loquitur hominibus. Si-
cut exaltantur celi a terra: ſic exaltate ſunt vie mee
a vijs veſtris et cogitationes mee a cogitationib9
veſtris: Dicimur amare et deus: dicimur noſſe ⁊
de9 et multa in hūc modū Sꝫ de9 amat vt caritas

nouit vt veritas : ſedet vt eq̄tas. dn̄atur vt maie-
ſtas : regit principium . tuetur vt ſalus . operatur
vt virtus . reuelat vt lux: aſſiſtit vt pietas Que oīa
faciūt vt angeli . facim⁹ et nos . ſ; longe inferiori
modo: nō vtiq; bono quod ſum⁹ . ſ; qd̄ pticipam⁹
Nunc iā tranſi ſpūs iſtos : ſi forte cū ſpōſa dicere
poſſis et tu. Paululū cū pertrāſiſſem eos : inueni
quē diligit aīa mea Quis eſt ? Nō ſane occurrit me-
lius q̄ꝫ qui eſt : hoc ipſe de ſe voluit reſpōderi : hoc
docuit dicente moiſe ad populū ipſo q̄dem iniūgē-
te Qui eſt miſit me ad vos Merito q̄dem Nil com-
petenti⁹ eternitati . que de⁹ eſt Si bonū . ſi magnū
ſi beatū ſi ſapientē . vel quicquid tale de deo dixeris
in hoc verbo inſtauratur quod eſt . Nempe hoc eſt
ei eſſe: quod oīa eſſe . Si et centū talia addas : nō
receſſiſti ab eſſe. Si ea dixeris . nihil addidiſti. Si
nō dixeris nihil minuiſti Iam ſi videſti hoc tam ſin-
gulare . tam ſummū eſſe . nōne in cōpatione hui⁹
q̄cquid hoc non eſt iudicas poti⁹ non eſſe q̄ꝫ eſſe ?
Quid item de⁹ ? Sine quo nihil eſt Tam nihil
eſſe ſine ipſo : q̄ꝫ nec ipſe eē ſine ſe p̄t . Ipſe ſibi ip̄e
oib⁹ eſt Ac per hoc quodāmodo ſol⁹ ipſe eſt: q ſo-
lū ipſi⁹ eſt ꝛ oīm eſſe Quid eſt deus Principiū Et
hoc ipſe de ſe reſponſum dedit Multa in reb⁹ dicū-
tur principia ſ; reſpectu poſteriorū Alioqui ſi ad a-
liud precedens reſpicias ipſum potius principiū
dabis . Quāobrem ſi queras verū ſimplexq; prin-

cipium: inuenias oportet quod principiū non ha
buerit Ex quo uniuerſum cepit: profecto ipſum mi
nime cepit Nam ſi cepit: aliūde ceperit neceſſe eſt
A ſe enim cepit nihil. Niſi forte quis putauerit qđ
non erat dare ſibi potuiſſe vt eſſe inciperet: aut fu
iſſe aliquid anteq̄ eſſet Quod vtrumq; quia ratio
non conſenſit: conſtat nihil ſibimet extitiſſe princi
pium Quod vero aliud principium habuit: primū
non fuit Verum ergo principiū nequaq̄ cepit: ſed
totum ab ipſo cepit. Quid eſt deus? Cui ſecula
non acceſſerunt. nec deceſſerunt: nec coeterna tamē
Quid eſt deus? Ex quo oīa: per quem oīa: in quo
omnia. Ex quo omnia creabiliter non ſeminali
ter Per quem omnia: ne aliū auctorem atq; alium
opificem arbitreris In quo ōnia: nō quaſi in loco
ſʒ q̄ſi in v̄tute Ex q̊ oīa tanq̄ vno p̄cipio auctore
oīm p̄ q̄ oīa ne alteꝝ inducat' p̄cipiū artifex In q̊
omnia: ne tertiū inducatur locus Ex quo omnia.
non de quo: quia non eſt materia deus Efficiens
cauſa eſt: nō materialis. Fruſtra philoſophi mate
riam querūt: non eguit materia deus. Nō eni offici
nā queſiuit de9. nō artificem: ipſe per ſe in ſe oīa
fecit Vn̄? De nihilo. Nam ſi ex aliquo fecit: illud
nō fecit: ac per hoc nec oīa Abſit vt de ſua incorrup
ta incorruptibiliq; ſbūa tam multa fecerit: et ſi bo
na. corruptibilia tn̄ Queris ſi ī ipſo oīa. ipſe vbi?
Nihil minus inuenio: Quis capiat locus: Que.

ris vbi nō ſit? Ne hoc qͥdem dixeri Quis ſine deo
loc9? Incomprehenſibilis de9 eſt Sz nō par̃ app̄
hendiſti ſi hoc tibi de eo compertū eſt qd̄ nuſq̄ ſit q̄
nō clauditur loco: et nuſq̄ non ſit q̄ nō excluditur
loco Suo aūt illo ſublimi atq; incomprehenſibili mō
ſicut oīa in ipſo ſic ipſe in oīb9 eſt Deniq; ſicut ait e-
uāgeliſta. in mūdo nō erat Alias vero vbi erat an
teq̄ mūdus fieret: ibi eſt. Nō eſt qd̄ vltra queras
vbi erat: preter ipm̄ nihil erat Ergo in ſe ipſo erat

Quid eſt deus? Quo nihil melius cogitari pōt.
Si approbas nō oportz aſſentiaris eſſe aliqd̄ quo
deus ſit. et qd̄ deus nō ſit. Hoc ei ſine dubio meli9
Quō non meli9 deo ſi de9 nō eſt qd̄ dat deo vt ſit?
At meli9 illā diuinitatem qua dicūt deū eſſe. nō a-
liud q̄ deū eſſe fatemur Nō ergo in deo niſi deus.
Quid inquiūt? Negas deū hr̄e diuinitatē? Non
Sed qd̄ hz hoc eſt. Negas diuinitatem deū eſſe?
Non Sed nō alia q̄ q̄ ipſe eſt Aut ſi tu aliā inueniſti
adiuuet me trinitas de9: aduerſ9 illā tota me con-
tumacia erigo. Quaternitas orbē diſterminat nō
ſignat deitatem: de9 trinitas eſt. de9 triū ſingula
pſonar̄ Sz quartā diuinitatē addicere placet: iteri
ego hāc q̄ de9 nō eſt. pſuaſi mihi nō eſſe adorandā
Puto q̄ et tu. Nempe dn̄m deum tuū adorabis:
et illi ſoli ſeruies. Glorioſa vero diuinitas: q̄ ſibi
honorem non audeat arrogare diuinū At melius
quartum hoc omnino reſpuimus q̄ ſine honore re

cipimus . Multa dicuntur eſſe in deo et quidem
ſane catholiceqꝫ : ſed multa vnum . Alioquin ſi
diuerſa putemus . non quaternitatem habemus :
ſed centenitatem . Verbi cauſa . dicimus ma-
gnum . bonum . iuſtum . et innumera talia : ſed
niſi omnia vnum in deo et cum deo conſideres . ha
bebis multiplicem deū Mihi vero non deeſt quod
cogitem melius eiuſmodi deo tuo . Queris quid :
Mera ſimplicitas Vero iudicio natūa ſimplex : mul
tiplici antefertur . Scio ꝙ ad hec reſpondere ſolēt
Non multa inquiūt ſꝫ vnā tm̄ diuinitatem q̄ ōnia
illa ſunt . deo vt ſit conferre aſſerimꝰ Aſſertis ergo
et ſi non multiplicem duplicē deū : et non ad merū
ſimplex perueiſtis : neqꝫ ad id q̊ meliꝰ cogitari non
poteſt . Tam non eſt ſimplex ꝙ vel vni fuerit ob
noxium forme : ꝙ̈ nec ỏgo vel vni cognita viro Se
curus loquor . ne is q̇dem qui vel duplex eſt erit me
us Habeo enim meliorē Eſto ꝙ hūc numeroſo et
multiplici anteponam : ſed plane pre ſimplici ſper
no . Meus deus ipſe catholice eſt : tam non habꝫ
hoc et illud . ꝙ̈ non hec et illa . Eſt qui eſt : non que
eſt Purus ſimplex . integer . perfectus . conſtans ſi-
bi : nihil de temporibus nihil de locis . nihil de re-
bus trahens in ſe . nihil ex ſe deponēs in eis : non
habens quod ad numerū diuidat . non que colligat
ad vnum . Vnum quippe eſt ſed nō vnitū Non pti
bus conſtat vt corpꝰ : non affectibus diſtat vt aīa

nō formis ſubſtat vt ōne quod fcm̄ eſt Sꝫ neqꝫ for
me vt iſtis viſū eſt Magna laus viꝫ deo vt ſe ab in
formitate vendicet: forma vna eſſe contentū Hoc ē
dicere. cetera pluribꝰ . deū non niſi vni debere qḋ ē
Quid ? Cuiꝰ bn̄ficio ſūt que ſūt. ipſe ꝓ ſuo eſſe al
teri bn̄ficio inclinabit? laus iſta vt vulgo dicitur
blaſphemiā valet An nō pluris eſt. nullo egere ꝙ v
no ? Habe reuerenciā deo: vt qḋ pluris eſt illi tribu
as . Si cor tuū vſqꝫ huc aſcendere potuit: deū tuū
ītra quō collocabis ? ? Ipſe ſibi forma: ipē ſibi eſ
ſentia eſt . In hoc interim gradu ſuſpicio illū: et ſi
alter potior appareret: illū potiꝰ darem . Nūquid
verendū ne cogitatio tranſuolet illū ? Quantum-
cunqꝫ in altū proficiat: vltra eſt Infra quod homo
cogitare poſſit. altiſſimū quere. ridiculū eſt ſtatue
re impiū Vltra nō citra querēdus eſt Aſcende ad-
huc ſi potes. ad cor altiꝰ : et exaltabitur deꝰ Non
eſt formatꝰ deꝰ : forma eſt Nō eſt affectꝰ deꝰ : af-
fectio eſt Non eſt compoſitꝰ deꝰ : merū ſimplex eſt
Et vt liq̄do noueris q̄d ſimplex dicā idem qḋ vnū
Tam ſimplex deꝰ : ꝙ vnꝰ eſt Eſt āt vnus et quō
aliud nihil Si dici poſſit vniſſimꝰ eſt Vnus eſt ſol
ꝙ non ſit alter: vna luna ꝙ eque altera nō ſit Atꝫ
id quidem deꝰ. ſed plus Quid plus ? Vnꝰ eſt etiā
ſibi . Ex hoc vis tibi declarari Idem eſt ſemper et
vno modo . Non ſic vnus ſol : non ſic vna luna .
Clamat vterqꝫ non ſe eſſe vnum ſibi: ille motibus

illa et defectibus ſuis Deus aūt nonmō vnus ē: ſz
et in ſe vnus eſt Nihil in ſe niſi ſe habet Non ex tp̄e
alteratione habet: non in ſbnā alteritatem. Hinc
de eo boeti9 Hoc vero vnū in quo null9 eſt numer9
nullū in eo aliud preter id qđ eſt Neqꝫ enī ſubiectū
fieri pt̄: forma ei eſt Compara vni huic oē quod v-
nū dici pt̄: ⁊ vnū nō erit Trinitas eſt tū de9 Quid
ergo? Deſtruim9 quod dcm̄ eſt de vnitate: qꝛ in-
ducimus trinitatem? Non. Sed ſtatuim9 vnita
tem dicim9 prēm dicim9 filiū dicim9 ſpm̄ ſcm̄: nō
tamen tres deos ſed vnū Quid ſibi vult iſte vt ſic
loquar abſqꝫ numero numer9? Si tria quomō
non numerus ſi vnum: vbi numerus? Sed ha-
beo inquis quid numerem: et quid non numerem
Subſtancia vna eſt: perſone tres ſunt. Quid mi
rū quid vel obſcurū in hoc? Nihil ſi ꝑſone ſeorſū
a ſbūa cogitent᷑ Nam cū tres ille ꝑſone ſbūa vna
ſint. et vna illa ſubſtātia tres ille perſone: quis
numerū neget? Nam vere tres ſunt Quis nume-
ret tamen? Nam vere vnum ſunt Aut ſi tu putes
id facile explicatu dicēdo tres dicito quid numera-
ſti Natūas? Vna eſt Eſſentias? Vna eſt Subſtā
tias? Vna eſt Deitas? Vna eſt Non hec ſed per-
ſonas nūo inquis Que nō ſūt illa vna natūa. illa
vna eſſentia. illa vna ſbūa. illa vna diuinitas Ca-
tholicus es mīme hoc dabis Perſonaꝝ proprieta
tes non aliud q̄ perſonas. ipſaſqꝫ non aliud q̄ v-

num deū. vnā diuinam ſbnāz. vnā diuinam natu-
ram. vnā diuinam et ſummā maieſtatem. fides ca
tholica confitetur Numera igitur ſi potes aut ſine
ſine ſbnā pſonas q̄ ipſa ſunt: aut ſine pſonis ꝓpri
etates q̄ ipſe ſūt Aut ſi diuidere q̄s conetur ꝟ pſo-
nas a ſbnā. vꝟ ꝓpetates a pſonis neſcio quō trini
tatis ſe ꝓfiteri cultorem poſſit. qui in tantā rerū
excelſerit numeroſitatē Dicam⁹ itaqꝫ tres: ſꝫ non
ad preiudiciū vnitatis Dicam⁹ vnū: ſꝫ nō ad con
fuſionem trinitatis Neqꝫ enī noīa vacua ſūt: neqꝫ
abſqꝫ ſignificantia caſſe voces Querit q̄s quō hoc
poſſit eſſe: ſufficiat ei tenere ſic eſſe: atqꝫ hoc nō roī
pſpicuū. nec tn̄ opinioni ambiguū. ſꝫ fidei pſuaſū
Sacramentū hoc magnū eſt: et quidem venerādū
non ſcrutandū Quō pluralitas in vnitate et hac
vnitate: aut ipſa in pluralitate. Scrutari hoc te-
meritas ē: credere pietas. noſſe vita. et vita eterna
eſt Vnde ſi operepreciū cenſes o eugeni pcur-
rat nunc conſideratio multa vna: quo eminentia
auius ſingularis vni⁹ fiat euidentior Eſt vnitas
que collectiua pt dici: cū verbi cauſa multi lapi-
des faciūt aceruū vnū Et eſt vnitas conſtitutiua:
cū multa membra vnū corp⁹. vel multe ptes vnū
q̄dcunqꝫ conſtituūt. Et et coniugatiua: qua fit vt
duo iam non duo ſint. ſed vna caro Et eſt natiua:
qua anima et caro vnus naſcitur homo Eſt vitas
ꝓtātiua qua hō non v̄tutis inſtabilis. nō diſſiſis

ſed vnus ſibimet nititur inueniri Eſt et conſentanea
cū per caritatem multoꝝ hominū eſt coꝛ vnū et a-
nima vna Eſt et votiua: cū anima votis omnibus
adherens deo vnus ſpūs eſt Eſt et dignatiua vni
tas: quia limus noſter a dei verbo in vnam aſſum
ptus eſt perſonā Veꝝ hec omnia quid ad illud ſum
mū atqꝫ vt ita dicam vnice vnū: vbi vnitatem cō
ſubſtancialitas facit: Huic vni qduis illoꝛū ſi aſſi
miles. erit quoq̊ modo vnum. ſi compares. nullo
Igitur inter omnia que vnū recte dicuntur: arcem
tenet vnitas trinitatis qua tres perſone. vna ſub-
ſtantia ſunt. ſecundo loco illa precellit. qua econ
uerſo tres ſubſtantie vna in chriſto perſona ſunt.
Porro hec et quecunqꝫ alia dici vna poſſunt: ſum-
me illiꝰ vnitatis imitatione. non comparatione
vna appellari vera ſobriaqꝫ probat conſideratio.
Nec abducimur ab hac vnitatis profeſſione aſſer-
tione triū: cū in hac trinitate non recipiamꝰ mul
tiplicitatem: ſicut nec ſolitudinē in vnitate. Quā-
obꝛem cum dico vnum. non me trinitatis turbat
numerus: qui eſſentiam non multiplicat. non va
riat non partitur. Rurſum cum dico tria. non me
arguit intuitus vnitatis: que illa quecunqꝫ tria
ſeu illos tres. nec in confuſionem cogit nec in ſin-
gularitatem redigit. Idem me ſentire fateoꝛ et de
illa vnitate: cui ſecundum ab iſta inter cetera vna
honoꝛem dedi. Dico in chriſto. verbum. animam

pariter vnum atqꝫ integrum mediatorem dei et ho-
minum cum ſua deitate hominem criſtum iheſum.
Aduertere eſt in hoc admirabili ſacramento: iuxta
numerum ſatorum mire et decentiſſime diſtinctio-
nis gradus Nouum. antiquum. eternum. Nouū:
animam que de nihilo tunc creata creditur cum in-
fuſa. Antiquum: carnem que a primo vſqꝫ homi-
num. id eſt ex adam traducta cognoſcitur. Eter-
num verbum quod ab eterno patre coeternum fili
genitum. indubitata veritate aſſeritur Et in hijs
triplex ſi diligenter aduertas diuine potencie genꝰ
ꝙ factum ſit de nihilo aliquid: de vetuſto nouum:
eternum beatumqꝫ de damnato et mortuo. Quid
hoc ad noſtram ſalutem? Multū ꝑ omnem mo-
dum. Primum quidem ꝙ peccato redacti in nihili
per hoc quodammodo iterato creati ſumus: vt ſi-
mus iniciū aliquod creature eius. Deinde ꝙ ex ve-
tuſta ſeruitute in libertatem filiorū dei tranſlati:
in nouitate ſpiritus ambulantes. Poſtremo ꝙ
de poteſtate tenebrarum vocati ad regnum clari-
tatis eterne: in quo iam et confidere nos fecit in
chriſto. Alieni ſunt a nobis. qui xpiſti a nobis
carnem alienari conantur: nouam creatam in
virgine. et non de virgine ſumptam impie aſſe-
rentes. Pulchre propheticus ſpiritus longe ante
occurrit huic ſentencie primo blaſphemie impio-
rum. egredietur inquiens virga de radice yeſſe:

hominem . illū qui predeſtinatus eſt filius dei in v-
tute longa cathena et fortis ad ſtringendū diuina
predeſtinatio . Ab eterno eſt enim . Quid longiꝰ
eternitate ? Quid diuinitate potentiꝰ ? Jnde eſt
quod nec morte incidente vllatenꝰ intercidi hec vni
tas potuit : et ſi carne et aīa ab inuicem ſeparatis .
Et fortaſſis hoc ſenſit ille . qui ſe indignū profeſſꝰ
eſt ſoluere corrigiam calciamenti huius . Sed et
illa tria ſata de euangelio mixta et fermentata in
panem vnum . ſi q̄s ad hec tria dixerit pertinere : nō
incongrue id michi facere videbitur . Q̄m bene ea
mulier fermentauit : vt nec diuiſione quidem facta
carnis et anime a carne vel anima verbū diuide-
retur Manſit et in ſeparatione . inſeparabilis vni
tas Neqꝫ enim que ex parte contigit ſeparatio : po
tuit vnitati preſcribere permanenti in totis tribus
Siue coniūctis ſiue diſiūctis duobꝰ : nihilominꝰ
perſeuerauit in tribus vnitas ꝑſonalis Eque vnꝰ
chriſtus . vna qꝫ perſona . verbū aīa et caro : etiam
mortuo hoīe ꝑdurauit . Jn vtero v̄ginis vt ſentio
ego . commixtio hec et fermentatio fc̄a eſt : et ipſa
mulier que miſcuit et fermentauit . Nam fermentū
non immerito fortaſſe dixerim fidem marie Plane
beata que credit . q̄m perfc̄a ſunt in ea q̄ dicta ſunt
ei a dn̄o Perfecta āt non eſſent . ſi quo minus iuxta
verbū domini eſſet fermentatū totum : et ꝑpetua
fermentatū ſeruans nobis tam in morte q̄ꝫ in vita

et carnem ſine confuſione eſſentiaꝝ vnā eſſe pſonā
et item abſqꝫ preiuditio perſonalis vnitatis in ſua
numeroſitate permanere ⁘ Nec negauerim hāc ad
illud quoqꝫ genus vnitatis pertinere⁘ qua anima ⁊
caro vnus eſt homo Decuit quippe familiarius ſi-
miliuſqꝫ cū hoīs cōuenire conſtitutione⁘ quod pro
hoīe conſtitutū eſt ſacramentū. Decuit et cū ſum-
ma que in deo eſt et deus eſt vnitati congruere ⁘ vt
quō ibi tres perſone vna eſſentia ⁘ ita hic cōuenien
tiſſima quadā contrarietate tres eſſentie ſint vna
perſona Vides ne pulchre inter vtrāqꝫ vnitatē hāc
collocari ⁘ in eo vtiqꝫ q̄ conſtitutꝰ eſt mediator dei
et hoim hō criſtꝰ ihūs ⁘ Pulcherrima inꝑ cōueniē
cia. vt ſalutare ſacramentū congrua q̄dā ſiſitudīe
ambobꝰ reſpondeat ⁘ et ſaluāti viꝫ et ſaluato Ita
hec vnitas duaꝝ conſiſtens media vnitatū ⁘ alteri
ſuccūbere⁘ alteri preminere cognoſcitᷣ ⁘ quantū ſu
periore inferior⁘ tm̄ inferiore ſuperior Tantā deni-
qꝫ expreſſam vnioīs vim in ſe prefert ea pſona in q̄
deus et homo vnꝰ eſt criſtꝰ ⁘ vt ſi duo illa de ſe inui-
cem predices non erraueris ⁘ deū viꝫ hoīem. et ho
minem deū. vere catholiceqꝫ pronūciās Non āt ſi
militer vel carnem de aīa. vel animā de carne niſi
abſurdiſſime p̄dicas⁘ et ſi ſiſiter aīa et caro vnꝰ ſit
homo. Nec miꝝ ſi nō equꝫ potis aīa ſit ſua illa vi-
tali ⁊ ſua valida intentione connectere atqꝫ ſuis af
fectibus aſtringere ſibi carnem ⁘ vt ſibi diuinitas

et flos de radice eius aſcendet. Dixiſſe poterat
et flos de virga. ſed maluit de radice: vt vnde vir-
gam. inde florem duxiſſe originem demonſtraret.
Inde igitur ſumpta caro vnde orta virgo: nec no-
ua in virgine que prodijt ex radice Orte ſubſto
macharis. ſi adhuc pergimus querere quid ſit de-
us: tum qz tociens iam queſitū eſt: tum qz diffidiſ
inuentū iri. Dico tibi pater eugeni ſolus eſt deus
qui fruſtra nunq̄ queri p̄t. nec cū inueniri non p̄t.
Doceat te de hoc experimentū tuū Aut ſi nō. exp-
to credito. non mihi ſed ſcō qui ait Bonꝰ es domi
ne ſperantibus in te: aīe querenti te Quid ergo eſt
deus? Quod ad vniuerſū ſpectat finis q̄ ad ele-
ctionem ſalus: quod ad ſe ipſe nouit. Quid eſt de
us? Voluntas omnipotens. beniuolentiſſima vir
tus. lumen eternū. incommutabilis ratio. ſumma
beatitudo: creans mentes ad ſe participandū. vi-
uificans ad ſentiendum. afficiens ad appetendū.
dilatans ad capiendum. iuſtificans ad promeren-
dum. accendens ad zelum. fecundans ad fructum
dirigens ad equitatem. formans ad beniuolentiā.
moderans ad ſapientiam. roborans ad virtutem
viſitans ad conſolationem. illuminās ad cognitio
nem. perpetuans ad immortalitatem. implens
ad felicitatem. circumdans ad ſecuritatem. Quid
eſt deꝰ? Nō minꝰ pena perſoꝝ q̄ humiliū gloria

Eſt enim rationabilis quedā equitatis directio in
conuertibilis atꝫ indeclinabilis. quippe attingens
vbiqꝫ: cui illiſa oīs prauitas conturbetur neceſſe eſt
Quid ni in hāc omne tumidū vł diſtortū īpingat
et conquaſſetur? De vniuerſo quod obuiū forte of
fenderit cedere neſcia rectitudo. Nam et fortitudo
eſt Quid iniquis volūtatib9 tam contrariū et adū
ſum. q̄ ſemꝑ conari. impingere ſemper et fruſtra?
De oppoſitis volūtatib9: ſolam ſue profecto adū
ſionis referentibus penā. Quid tam penale q̄ ſēꝑ
velle quod nunq̄ erit: et ſemꝑ nolle quod nunq̄ nō
erit? Quid tā damnatū q̄ volūtas addicta huic
neceſſitati volēdi nolendiqꝫ: vt ad vtrūlibꝫ ſicut nō
niſi peruerſe. ita nō niſi miſere moueatur? In eter
nū non obtinebit qđ vult: et quod nō vult. in eter
nū nihilomin9 ſuſtinebit Digne oīno vt q̀ ad nihilū
efficitur vnq̄ quod deceat: ad nihil vnq̄ quod li
beat euadat Quis hoc facit? Rectus dn̄s de9 nr̄:
qui et cū peruerſo peruertitur Nunq̄ recto prauoqꝫ
cōueniet: hec eī ſibi inuicē aduerſantur. et ſi non
inuicem ledant leſio alterius eſt: abſit vt dei Durū
tibi eſt inquit cōtra ſtimulū calcitrare: hoc ē nō ſti
mulo durū ſed recalcitrāti. Eſt et turpiū pena de9
lux eſt enim Et quid tam inuiſum obſcenis flagici
oſiſqꝫ mentibus? Profecto oīs qui male agit. odit
lucem Sed dico Nunquid potuerit declinare? Mi
nime omnino lucet vbiqꝫ. et ſi nō omnib9 Deniqꝫ

in tenebris lucet: ⁊ tenebre eā non comprehenderūt
Videt tenebras lux: cui hoc eſt videre qđ lucere: ſʒ
non viciſſim a tenebris ipſa videtur: quia tenebre
eam non comprehendūt. Et videntur ergo vt con
fundantur: et nō vident ne conſolentur Nec modo
a luce et in luce videntur A quo vel a quib9? Ab oī
vidente: vt pro multitudine intuentiū ſit confuſio
multa. At nullus de tanta numeroſitate ſpectan-
tium. moleſtior oculus ſuo cuiuſq; eſt Non eſt aſ-
ſpectus ſiue in celo ſiue in terra. quem tenebroſa cō
ſcientia ſuffugere magis velit: minus poſſit. Non
latent tenebre vel ſe ipſas: ſe vident que aliud non
vident: Opera tenebrarum ſequuntur illos: nec
eſt quo ſe abſcondant ab eis ne in tenebris quidem
Hec eſt vermis que non moritur: memoria preteri-
torum. Semel iniectus vel potius humatus per
peccatum. heſit firmiter: nequaꝙ̄ deinceps auellen
dus. Nec ceſſat rodere conſcientiā: eaq; paſtus
eſca vtiq; inconſumptibili perpetuat vitam. Hor-
reo vermem mordacem: et mortem viuacem. Hor-
reo incidere in manus mortis viuētis: et vite mo
rientis Hec ſecūda mors que nunꝙ̄ peroccidit: ſed
ſemper occidit Quis det illis ſel mori quo nō mo-
riantur in eternū. qui dicunt montib9 cadite ſuper
nos. et collibus cooperite? Quid niſi mortē mor-
tis beneficio aut finire aut euadere volūt. Deniq;
inuocabūt mortē ait: et nō veniet Intuere id clari9

Conſtat immortalem animã eſſe: nec aliquã abſq;
ſua memoria viuere: ne non aiam aliquã eſſe conti-
gat Itaq; durante anima: durat et meõria Sed q̃
lis? Feda flagicijs: horrida a facinoribꝰ: vanita
te tumida: contemptu hiſpida et neglecta: que prio
ra tranſierunt. et non tranſierũt Tranſierũt a ma
nu: et non mente Qd factũ eſt. factum non eſſe nõ
p̄t Proinde et ſi facere in tp̄e fuit: ſʒ feciſſe in ſempi
ternũ manet Nõ tranſit cũ tp̄e: qd tempora trãſit
In eternũ ergo nccē eſt cruciet: qd perperã te egiſſe
in eternũ memineris Experiri erit hoc veritate vo-
cis illius: arguam te et ſtatuã contra faciem tuã.
dñs locutus eſt. cui õne aduerſũ et ſibi aduerſari
neceſſe eſt: vt ſit ſera querela O cuſtos hoim quare
poſuiſti me contrariũ tibi: et factus ſum mihimet
ipſi grauis? O eugeni ita eſt Non poteſt deo eſſe
contrariũ quod et ſibimet cohérere. ſʒ õnis qui ar-
guetur a deo. arguetur et a ſeipſo. Non eſt ſane iã
tunc quid aut veritatem diſſimulet ratio: aut rati-
onis intuitũ anima declinet abrupta menbris cor
poris in ſeſe collecta. Quo enim ĩu valeat: ſopitis
concluſiſq; in morte ſenſibus per quos itaq; curio-
ſius exire et a ſe ire ſolebat. in eã que preterit mun-
di hꝰ figurã Vides turpibꝰ nihil deeſſe ad cõfuſio
nem: cũ producẽtur ſpectaculũ fieri deo. ãgelis. ho
minibus. ſibiipſis O q̄ male mali õnes locati ſũt
vtiq; oppoſiti torrenti huic directe eq̃tatis: et huic

lumini ꝓpalate veritatis expoſiti Nõne hoc ē per-
petuo tūdi: perpetuoq; confundi? Duplici contriti
one ait ille contere eos domine deus noſter. Quid
eſt deus? longitudo: latitudo: ſublimitas et pro-
fundū Quid inquis? Tenemus te quaternitatis
q̈ abhominatus es profeſſorem. Minime Abho-
minat⁹ ſum et abhominor. Viſus ſum protuliſſe
pluralia: ſ; vnū eſt. Vnus deus ſignificatus eſt pro
captu noſtro: non pro ſuo ſtatu Diuiſus hic eſt: nō
ille Voces diuerſe: ſemite multe: ſed vnū per eas
ſigˀtur: vnus queritur Non diuiſiones ſubſtancie in
quaternario iſto expreſſe ſūt: non dimenſiones q̈-
les in corporibus intuemur: non diſtinctio perſona
lis qualem in trinitate adoramus: nō numer⁹ pro
prietatū qualem perſonis ipſis ineſſe fatemur: et ſi
non aliud a perſonis: Alioquin hoc ſingulū horū
in deo quod quattuor ſimul: hoc quattuor ipſa qd̄
ſingulum eſt: Nobis autem quia non poſſum⁹ cū
deo ſimplicitate contendere: dum contendim⁹ ap-
prehendere vnum: occurrit velut quadruplicatum
Facit hoc ſpeculū et enigma: per qd̄ ſolū interim
videre datur: Cum autem videbimus facie ad fa
ciem: videbimus ſicuti eſt: Nec enim iam tunc fra
gilis acies mentis noſtre quantumlibet vehemen-
ter intendens: aliquatenus reſiliet: diſſilietve in
ſuam pluralitatem: Colliget ſe magis adunabit
conformabitq; vnitati illius: vel potius vnitati

illi. vt vna facies vni reſpondeat faciei. Nempe ſi-
miles ei erimus: quia videbimus eum ſicuti eſt.
Beata viſio: ad quam merito ſuſpirabat qui ait.
Exquiſiuit te facies mea: faciem tuam domine re-
quiram Et quia adhuc in querendo res eſt: interī
aſcendamus quadrigam iſtam vtpote infirmi et ī
becilles indigentes tali vehiculo: ſi forte vel ſic ap
prehendamus in quo apprehenſi ſumus. id eſt hu
ius ipꝰ vehiculi rationem. Nam hoc monitū ha
bemus ab ipſo auriga et primo currus huius exhi
bitore: vt ſtudeamus comprehendere cum omni-
bus ſanctis. que ſit longitudo. latitudo. ſublimi-
tas et ꝓfundū. Comprehendere dicit nō cognoſce
re: vt non curioſitati contenti ſcīe. tota cura fru-
ctui inhiemus. Non in cognitione eſt fructus. ſʒ
in comprehenſione. Alioquin ſcienti bonum et nō
facienti vt ait quidam. peccatum eſt ei: et ipſe pau
lus in alio loco. ſic currite vt comprehendatis.
Quid ſit cōprehendere inferius declarabo Quid
igitur eſt deus? longitudo inq̄. Quid ipſa? E-
ternitas. Hec tam longa vt non habeat terminum
non magis loci ꝙ temporis. Eſt et latitudo. Et
ipſa quid? Caritas. Quibus et iſta terminis
anguſtetur in deo qui nihil odit horum que fecit?
Deniqꝫ ſolem ſuum oriri facit ſuper bonos et ma-
los: et pluit ſuper iuſtos et iniuſtos. Ergo et
inimicos includit ſinus ille .. Ne hoc quoqꝫ

59

quoq; contentus : euadit in infinitū Omnē nōmo
do affectionem ſ; et cognitionem excedit: adÿciēte
apoſtolo et dicēte Scire etiā ſupeminētem ſcie ca-
ritatem criſti Quid pl⁹ dicā? Eterna eſt Niſi ꝙ h̊
plus forſitan eſt: qꝛ eternitas eſt Vides tantā eſſe
latitudinem: quantā et longitudinē? Vtinā ſic vi-
deas non tantā eſſe ſed ipſam: id eſt eſſe vnā qḋ al
teram: nō min⁹ vnā ꝙ̄ duas : nec pl⁹ duas ꝙ̄ vnā
Deus eternitas . deus caritas eſt: longitudo ſine
protenſiōe. latitudo ſine diſtentiōe In vtroq; pꝛiter
locales q̄dē excedit tpaleſq; anguſtias. ſed liberta
te nature. non enormitate ſbnē Tali mō īmenſus
eſt q̄ oīa fecit in menſura: et q̄uis īmmenſus hic tā
modus et ipſius immenſitatis Quid item de⁹?
Sublimitas et profundū. In altero ſupra oīa: in
altero infra oīa. Liquet in deitate nuſq̄ᵽ claudicare
equalitatem: ſtare eam vndiq; firmiter. conſtare i
mobiliter ſibi Sublime potenciā. profundū ſapiaꝫ
eius conſidera . Ex eq̊ et iſta reſpondent ſibi: dū ꝛ
ſublimitas inattingibilis. et pfunditas eque iſcru
tabilis cognoſcatur: paulo admirante et exclamā
te . O altitudo diuiciarum ſapiencie et ſcientie dei
q̄ᵽ inſcrutabilia ſunt iudicia eius. et inueſtigabiles
vie eius . Libet et nos exclamare cum paulo : hoꝝ
vtrumq; intuentes in deo et cum deo ſimpliciſſimā
vnitatem . O ſapiencia potens : attingens vbiq;
fortiter . O potencia ſapiens : diſponens omnia

ſuauiter Res vna: effectus multiplex: operationes q3 diuerſe. Et illa vna res eſt longitudo propter eternitatem: latitudo propter caritatem: ſublimi-tas propter maieſtatem: profunditas propter ſapienciam Nouim9 hec num: ideo et arbitramur nos comprehendiſſe? Non ea diſputatio comprehēdit. ſed ſanctitas: ſi quo modo tamen comprehendi poteſt quod incomprehenſibile eſt At niſi poſſet nō dixiſſet apoſtolus: vt comprehendamus cum omnibus ſanctis. Sancti igitur cōprehendunt Queris quomodo? Si ſanctus es. comprehendiſti et noſti: ſi non. eſto. et tuo experimento ſcies. San-ctum facit affectio ſancta: et ipſa gemina. timor domini ſanctus. et amor ſanctus Hijs perfecte affecta anima: veluti quibuſdam duobus brachijs ſuis comprehendit. amplectitur. ſtringit. tenet et ait. Tenui eum: nec dimittam Et timor quidem ſublimi et profundo: amor lato longoq3 reſpōdet Quid tam timendū. q̃ poteſtas cui non p̄t reſiſtere: q̃ ſapientia cui abſcondi non potes? Poterat min9 timeri deus: alterutro carens. Nunc autem perfecte oportet timeas illū cui nec oculus deeſt omnia videns: nec man9 potens oīa. Quid itē tā amabile q̃ amor ipſe quo amas et q̄ amaris? Amabiliorem tamen iuncta caritas facit: que dum non excidit. foras mittit ſuſpicionem. Ama igitur perſeuerante et longanimiter: et habes longitudinem

Dilata amorem tuum vſqꝫ ed inimicos et latitu-
dinem tenes Eſto etiam in omni ſollicitudīe timo-
ratus: et ſublime profundūqꝫ apprehendiſti Aut
ſi maius quattuor eque tua. diuinis quattuor re-
ſpondere: facis hoc ſi ſtupes. ſi paues. ſi ferues
ſi ſuſtines. Stupenda plane ſublimitas maieſta
tis. pauēda abyſſus iudiciorum Feruorē exigit ca
ritas. eternitas perſeuerantiā ſuſtinendi. Quis
ſtupet: niſi qui contemplatur gloriā dei? Quis
pauet: niſi qui ſcrutatur profundū ſapīe dei? Quis
feruet: niſi qui meditatur caritatem dei? Quis ſu
ſtinet et perſeuerat in amore: niſi qui emulatᷣ eter-
nitatē caritatis? Nēpe eternitatis quandā ymā
ginem ꝑſeuerancia prefert. Deniqꝫ ſola eſt cui eter
nitas redditur: vel potiꝰ que eternitati hominem
reddit. dicente dño. qui perſeuerauerit vſqꝫ in finē
hic ſaluus erit. Et nunc aduerte in quattuor
iſtis: contemplatiōis ſpecies quattuor. Prima et
maxima contemplatio eſt ammiratio maieſtatis
Hec requirit cor purgatum vt a vicijs liberum atqꝫ
exoneratum peccatis. facile ad ſuperna leuet: in-
terdum quoqꝫ vel per aliquas morulas ſtupore et
extaſi ſuſpenſum teneat ammirātem. Secunda au
tem neceſſaria eſt huic. eſt enim intuens iudicia
dei. Quo ſane pauido aſpectu. dum vehementi-
us concutit intuentem. fugat vicia. fundat virtu
tes: iniciat ad ſapienciam: humilitatem ſeruat

ſeruat Virtutū ſiquidem bonū quoddā ac ſtabile
fundamentū. huilitas. Nēpe ſi nutet illa. virtutū
aggregatio nō niſi ruina eſt Tercia contemplatio
occupatur vł potiꝰ ociatur circa meōriā beneficio-
rum: et ne dimittat in gratū ſollicitat memorātē
ad amorē benefactoris De talibꝰ dicit propheta.
loquens ad dñm Memoriā abundancie ſuauitatis
tue eructabūt Quarta que retro ſunt obliuiſcens
in ſola requieſcit expectatione promiſſorum. Que
cū ſit meditatio eternitatis ſiquidem que promit-
tūtur eterna ſunt. longanimitatē alit et pſeuerātie
dat vigorem Puto iam facile eſt quaſi tuor nrā hec
quattuor illis apoſtoli aſſignare: dū longitudinē
comprehendit meditatio promiſſorū: latitudinem
recordatio beneficiorꝫ: ſublimitatem cōtemplatio
maieſtatis: profundū inſpectio iudiciorꝫ Queren-
dus adhuc fuerat qui nec ſatis ad hec inuentꝰ eſt:
nec queri nimis pt. At orando forte ꝙ diſputādo
dignius queritur. et inuenitur faciliꝰ. Proinde is
ſit finis libri: ſꝫ non finis querendi.

Expliciunt libri quinqꝫ beati bernardi abbatis
clareuallenſis de conſideratione ad eugenium pa
pam Impreſſi zwolk per me petrū de os Anno dñi
M cccc octogeſimoſexto xº kalendas ſeptembris.

R